




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conversio Magni Avgvstini, Postea Hypponensis Antistitis
Maximi**

Werner, Ignaz

Lincii, M DC XCII.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-70025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70025)




α
V
12

Th. 5856.















CONVERSIO
MAGNI AVGVSTINI,

POSTEA

HYPPONENSIS ANTISTITIS MAXIMI,
INCLYTI SAPIENTIAE SIDERIS,

NEC NON

ROMANÆ UNIVERSALIS ECCLESIAE
SANCTI DOCTORIS

Procurata admirabiliter

PRÆSIDE DIVINA VERITATE,

NUNC VERO

OMNIBUS ÆTERNÆ SAPIENTIAE

CUI TORIBUS

IN ADMIRATIONIS, ET IMITATIONIS

Speculum proposita.

à

R. P. IGNATIO Berner/
è SOC. JESU ejusd. PHILOSOPHIAE
PROFESS. ORDINARIO.



LINCII,

Sumptibus PHILIPPI FIEVETI,
Typogr. & Bibliop. Francof. ad Mœnum.

ANNO M DC XCII.

Colleg. Societis Jesu Paderbornae

CONVESSIO
MAGNVS

POSTA
MAGNVS

MAGNVS

MAGNVS

MAGNVS


MAGNVS

MAGNVS

MAGNVS

MAGNVS

MAGNVS



Handwritten text, possibly a title or number, located in the upper left corner of the cover.

Handwritten text, possibly a title or number, located in the lower left area of the cover.

Putenti Fallitur escâ



Sicut pisces

Capiuntur hamo


Frantz Maxberger delin.

Joan Georg Schickler sculp.

Ed. 2



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





LIBER I.

Veritas Divina Augustino
latentès in mundi, Sophistæque Dæ-
monis consequentiis gravissimè nocivas falla-
cias detegit; eundemque relictis mundi
erroribus sui pertrahit in
sequelam.

SENTENTIA.

*O Domine! qui es Lux, qui es via, veritas, & vita; in quo
non sunt tenebra, error, vanitas; neq; mors: Dic
verbum Domine, fiat lux, ut videam lucem, & vi-
tem tenebras; videam viam, & vitem invium;
videam veritatem, & vitem vanitatem; videam
vitam, & vitem mortem; nam va! avertentibus
oculos, ut non videant veritatem; va non averten-
tibus, ut videant vanitatem. S. Augustinus in So-
liloquiis c. 4.*

PARS

Pars Prima.

Veritas ostendit Augustini genio,
quàm vanis pascatur à Mundo gaudiis, quam-
que amissâ tranquillæ mentis libertate,
damnosam vivat servi-
tutem.

SENTENTIA.

*O Amatores mundi! cuius rei gratiâ militatis? major
non esse poterit spes vestra in mundo, quàm ut amici
mundi sitis: ibi quid nisi fragile, plenum periculis?
per quæ pericula pervenitur ad majus periculum.
in lib. Confess.*

§. I.

Mundus genium Augustini ad con-
summandam suas inter cupedias virentem
ætatem animat.

SENTENTIA.

*Ecce turbat Mundus, & amatur; quid si tranquillus
esset? formoso quomodo adhereres, qui sic fœdum
complecteris? flores ejus, quomodo colligeres, qui à
spinis non revocas manum. in Psal.*

Re-

Spina Rossa

CORDON ROSSO

Spina Rosis

tegitur

Coronemus

nos Rosis.

Franz Marchberger del.

Johann Georg Schickler sculp.

1000

1000



Resipisce, quisquis aureæ ætatis facem
Squalore condis in ruinam;
Et fusca noctis atrox
Præfers faventi Cynthio.
Non ille tutò fugit anfractu necem.
Qui per salebrosos meatus;
Silentique tetricos
Mæstus fatiscit angulos,
Vernantis ævi; nec memor sortis suæ:
Quam sæpius tamen sinistra
Tollunt malorum somnia,
Fæcunda mater nubium.
Quid inquietas pectus in curas trahis?
Florem virescentis juventæ
Squalente luctu conteres;
Dabisque fati victimam?
Dum blanda spirat aura, remige est rati
Utendum, & hortantis Favonii
Parere pronum risibus
Salo volanti convenit:
Sic solis æstu percito accelerat iter
Pressum viator, nec supini
Expectat orbem Cynthii;
Dum fusca mater siderum
Cogat senatum stelleâ undantem face,
Mundique totius superbo

Oculo

Oculo papaver ingerat,
 Morpheusque pandat somnia.
 Lætare, dulcis stercule ! adversum tuæ
 Molimen ætati, secundo
 Felicitatis inclytæ
 Umbone fortis impete :
 Nebulas repelle cordis, & frontem jocus;
 Lumina serenet risus, omnes
 Anni juvente floridæ
 Duci voluptæ serviant.
 Phylyrâ coronæ crispulum cingant caput;
 Violæ, rosæque, quodque odoris
 Regina florum protulit,
 Aut quod Cupido concitis
 Remis sequendum duxit : his velum dare
 Decet flabellis, ne senecta
 Mare scat ætas, aut vigor
 Triste in sepulchrum decidat.
 Exeste curæ, pectoris nubes graves
 Dispellat aura mitior, sic
 Rosea quiete pristina
 Serenitati consules.





Latet Anguis in herba.



In Nouissimis

mordebit ut coluber.
proo. 23.

Franz. Marchberg del.


Jo. Ge. Schickler sculp.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad hunc in 21

in hunc in 21



§. II.

Dehortatur Veritas, latentisque,
fraudes detegit Augustini genio.

SENTENTIA.

*Mundus iste periculosior est blandus; quam molestus,
magis cavendus, cum se allicit diligi; quam cum ad-
monet, cogitq̄, contemni. Aug. ad Dioscor.*

Siste! quid cursum petulantis ævi,
Insolens laudas, volucris juventa?
Mæsta decurrent lachrymæ per ora,
Proteres vernas capitis coronas:
Sperne marcentes violas, rosasque;
Cypridos plausus; vaga vela cordis;
Itur in præceps, scopulosque, syrtes,
Atque ruinam.

Quando post lapsos sine nube soles
Arbiter vitæ rigidus, necisque,
Quidquid admisit petulantis ævi
Ardor, expendet Themidos bilance;
Heu! quibus se se latebris nocentes
Occulent? nusquam trepidis asylum,
Pallium nusquam vitiis, dolisque:
Conde speluncis Acherontis atri
Crimen; heu! frustra radiis supernæ

Lucis

Lucis offundes tenebras : cave ! nam
Nullus, heu ! nullus locus ab illo

Vindice tutus.

§. III.

Veritas tres animæ potentias gravem
suam sub mundi jugo servitutem ; & vincula
querelantes ; & deplorantes præsentat
Augustini genio.

SENTENTIA.

Vincula hujus mundi asperitatem habent veram ; jucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, tinsidam quietem, rem plenam miseria ; spem inanem beatitudinis. D. August. in soliloquiis.

Lachrymæ Memoriam.

Ferrea conditio ! quâ, munde, tyrannide
sævis !

Servili scelerum compede nexa gemo.

Vincula dura, meis non debita vincula dextris
Perfero, nec collo vincula nata meo.

Ah quibus ! ah ! quantis pressit fortuna lupatis ?

Dum cælo genitam perfida terra tenet.

Vincula quis siculo vos nexuit ære Pyracmon

Quæ lypare nostras jussit ære manus :

Strin-





Franz Marchberger. Ad.

Johan Georg Schickler. Sculp.

212

Universitätsbibliothek Paderborn

Stringimur à scelerum, cœlo fata filia, ferro,
 Serva voluptatis facta misella gemo.

Quàm malè mortales se credunt lusibus orbis!

Heu mihi! quanta brevis funera lusus alit!

Quam malè mendacis sulcamus flumina ponti

Flumina fœdifrago præcipitata noto?

Quam malè vicino vicini ludimus igni?

Non patitur faciles flamma tyranna jocos.

Debueram cavisse dolos, vitasse procellas,

Nec Labyrinthis vota secare viis.

Fabula Caucasæa religatus rupe Prometheus,

Fabula, qui roso viscere pascit avem.

Fabula, pervigili quæ custodita Draconi,

Andromede surdâ caute ligata gemit.

Fabula, quam Danaem Jove de plus imber

(inaurat;

Fabula, Lethææ ferrea claustra specus.

Carcere clausa gemo, sed sum mihi causa do-

(lorum:

Cur volui membris vincula ferre meis?

Vincula cur volui mendacia gaudia mundi,

Æra nec invitas implicuere manus.

Ah! memini: poteram decurrere libera cœlos,

Nec tenuere meos vincula dura pedes.

Quam niveum nostris micuit natalibus astrum!

Viximus, & pleno Cynthius igne fuit.

Vixi-

Viximus, & pleno libertas aurea vultu,
 Direxit blandas, quæ placuere, vias.
 Quàm bene sidereis aptabam cursibus alas:
 Innocuas licuit circuiisse plagas.
 Non Ganimedæus sublimior iuerat ales,
 Aut victor Danaes altior iuit olor.
 Et rapuere animum rosei spectacula cœli,
 Quasque suas voluunt lunaque, solq; rotas.
 Bellerophon melior nativis concita pennis,
 Arcanas adii perpete mente domos.
 Donec ubi mundus clausit vestigia reti;
 Multaque furtivis stamina clausa viis.
 Me quoque fallaci delusit perfidus astu,
 Factaque sum sceleri præda cupita meo.
 Quæque Cupido dolos, & recta pericula cudie
 Retia Arachnæo callidiora dolo.
 Et velut arcanis latet auceps abditus umbris,
 Aligeroque parat vincula recta gregi:
 Et modo pennigeras imitatur fistula voces,
 Suspectoque trahit carmina ficta labro;
 Et modo viscoso frondes intersecat hamo,
 Et modo fallaci vimine fallit avem.
 Et modo mentitos vicino stramine clathros,
 Spargit, & in patulo grana dolosa solo:
 Sic sua deludit servilia pectora mundus,
 Et trahit Ambiguo blanda volupta gradu.
 Hinc

Hinc ferale struit Styge nata superbia ferrum;
 Hinc sua Acidalius retia nequit amor:
 Hinc sua livor edax malè condita stâina torquet;
 Hinc tristes posuit lugubris ira dolos.
 Ambitio rigidos tendit inœstissima nexus,
 Hinc sua tenfa premit sæva catena Cypris;
 Quà patet, explicitis laqueis incingitur orbis,
 Et sua fatalis retia culpa trahit.
 Quisq; sui sceleris, propriaq; est præda voluptæ;
 Qui perit; invitus non tamen ille perit.
 Crimen nēpe manent durissima vincula mortis,
 Et tandem rigidæ vincula dura Stygis.

Lacrymæ Intellectûs.

Nobile naufragiū, breve ver, pretiosa charybdis,
 Nectareum fulmen, vipera picta genis,
 Proditor arcanus, gratissima pœna voluptas;
 Suave jugum, Siren noxia, pulchra lues.
 Instabilis statio, pelagus grave, blanda ruina,
 Error dulcis, inops copia, suave jugum,
 Auratus carcer, pretiosa catena cupido,
 Sors rea, crudelis musica, ficta quies!
 Ludicra res animus; fallique, & fallere gaudet:
 Sed fraus supplicio non caret ista suo.
 Turpibus insidijs premitur malè lusa voluntas,
 Et perit in studijs mens quoque capta suis.

B

Ah!

Ah! quoties monui, vitreis ne fide procellis;
 Quælibet in tumulum panditur unda tuum.
 Ah! quoties monui; feralem desere callem,
 Hic Labyrintheus retia callis habet.
 Tu tamen Idaliæ malè credula mentis amori
 Quæsieras manibus vincula nata tuis.
 Tu libertatis Nomen, regnumque perosa,
 Malueras sceleris vivere serua tui.
 Et laquei placuere stygis, menti que voluptas
 Fallax, & duri fibula dura jugi.
 Sic cœlo genitam fatalis luserat error,
 Atque voluntatem ficta volupta premit,
 Non alius propriæ, tu maxima causâ querelæ,
 Cur placuit tacitis interijssè dolis?
 Intereagemimus, nec spes est ulla salutis;
 Nî mundo velles dicere: munde vale!
 Mens cæca in tenebris errorum saucia languet,
 Nec bona, quæ agnoscit, crimina velle sinunt.
 Aurea libertas nostro malè perdita lusu,
 Concita Pegaseo tergore Diua redi!
 O! quoties volui disrumpere vincula collo.
 Assertasque jugo tendere prompta manus?
 Perdita lucta fuit, strinxit violentior orbis,
 Ter volui, lapsæ ter cecidère manus.
 Sæpe animo Morpheûs mendacia gaudia finxit,
 Vincula ceû ruptâ compede rupta forent:
 Sed

Sed roseos ubi Phæbus equos Gangetide ripâ
 Extulit, in vacuos spes abière jocos.
 Mens veteri damnata specu sua funera pensat,
 Et dolet antiquo delituisse jugo.
 Perfida spes quoties mendacia gaudia fingis!
 Quæ fieri poterant, facta fuisse refers.
 Sic ludit malè suada fidem, sic credulus undis
 Tantalus ancipites luditur inter opes.
 Interea patimur, crescit dolor expectando,
 Nec superest, miseræ qui ferat ullus opem,
 Sed frustra queror, hîc scelerû fit pœna voluptas,
 Dum mentita suum gaudia fulmen alunt.
 Fistula dulcè canit, volucrem dū decipit auceps,
 Sed lessum volucri fistula blanda canit.
 Aspice, quam juncto socientur crimina nexu,
 Fitque secuturæ noxa catena prior:
 Annulus anterior post se trahit orbe sequacem,
 Ut generat culpam prævia culpa novam.
 Flamma parit flammam, centum parit una favillas,
 Fitque novæ Phœnix altera flamma pyræ.
 Fertilis ars scelerû, genitrix fœcunda malorum,
 Hydra resecta caput, pullulat hydra caput.
 Quàm multo scelus hoste nocet, crudelis in iram
 Non satianda uno funere Parca premit.
 Ingenium scelerum modico non pascitur ausu,
 Crescit; & unius lachryma mille dabit:

Sic glomus in funē, sic gutta excrescit in æquor,
 Et scelus est sceleris poena, parensque, novi.
 Frustra est; æternū mundana piacula plangam:
 Nī mundum fugiam, non levat ulla manus.

Planctus Voluntatis.

Sic ergò imperiis jacet hic assueta voluntas,
 Nec bona, quæ vellet vincula velle sinunt.
 Nulla, dolo delusa, brevi concredita claustro,
 Septa fenestrati carceris ales amat,
 Quas malè deseruit, fallenti credula, sylvas,
 Nativas nemorum tentat adire vias:
 Et trahit invitus, quæ traxit aratra juvencus,
 Quin juga de collo mallet abesse suo.
 Et sua captivus condemnat vincula servus,
 Et reus à pedibus flebile limat onus.
 At mihi fatali constrictæ compede mentem
 Tristia festivos vincula lusus erant.
 Quin volui captiva trahi, placuere catenæ,
 Et placuit mundi dura catasta mihi.
 Hæc est ergo meis bene debita poena medullis,
 Ut mihi spes hilari nulla rediret ave;
 Ut mihi perpetui glomerentur ab aethere luctus
 Nec careat miseris hora vel ulla malis:
 Olim caucaseum gemuit, qui raptus ad antrum,
 Herculis appositam tempore sensit opem.

Andro-

Andromede monstros quondam peritura marinis,
 Jam tenet astringeros Cephas alma lares.
 Fusca serenato terguntur nubila caelo,
 Et puro revehit Cynthus axe diem.
 Ipsa freti reparat fugitivos Delia fluctus;
 Cum tingit refluxu littora sicca maris.
 At mihi quis gravibus fluxit sine luctibus annus,
 Quis mensis vacuus? quae sine nube dies?
 Non me puniceae Pallantidos hora salutat,
 Et vehit indomitos horrida Juno Notos.
 Semper acerba sonat feralis naenia lessi
 Quam felix fueras, tam miseranda jaces.
 Quidquid erat, fateor, quod amari posset, habebas
 Innocua: ex oculis, quidquid obesset, erat.
 At modo sub mundo tam dispare vivimus aevum,
 Quam Phoebe à picea distidet aula stygis.
 O scelus! o mundi momenta invisae tyranni!
 O utinam liceat deposuisse jugum!
 O liceat primos revidere sub aethere soles!
 Quam mihi non ultrò tam mala vita foret?
 At gemimus miseri, crescunt cum luctibus anni,
 Et cum annis gravior fors mihi semper adest:
 Nempe catenato veniunt fera crimina nexu,
 Crimina Sisyphij crimina digna malis:
 Interea saevis teneor captiva catenis,
 Heu mihi! quam tristi compede juncta gemo?

Atq; ita, quæ Dominã sectabar ab æthere sortem
 Heu! subeo famulas non reparanda dies.
 Illa ego, quæ quondã. Sed justũ comprimo sensũ;
 Afflictæ satis est, posse gemendo loqui:
 Non mihi sum similis; cecidit mea gloria formæ;
 Ah! quæ tunc facies, cùm steteramus, erat?
 Suspiro, quando memini, cùm libera cœlo
 Vivebam, procul hinc crimen, & omne jugũ.
 At nunc pró Superi! quàm dispare vivimus ævo?
 Perdita funestâ compede juncta trahor.
 O veteres anni! saltem liceat meminisset
 Lenimen quoddam est, si meminisse licet.
 Floruimus quondam, nos non pudet ista fateri,
 Nam tellus fato non caret ulla suo.
 Floruimus, fateor, sed marcuit ille meorum,
 Qui florum viruit super amandus honor.
 Sed quàm difficile est! utinã tandẽ aurea surgat,
 Quæ mœstâ tegitur jam mihi nube dies.
 Interea austeris premitur malè serua voluntas
 Vinculis, libertas vera nec ulla favet.
 Squalida centeno castigo crimine vitam,
 Undique vulneribus faucia mœsta gemo.
 Ah dirus nimium carcer! funesta cupido!
 In te captivæ quot periêre animæ?
 Funera quid memorẽ, nã hæc pestis funerat orbẽ,
 Effoditur tumulo quæque volupta suo.

O de.

O desiderijs malè credula turba nepotum!
 Non sapi exemplum, perdita turba, patris?
 Siderei colles! o Dædala mœnia cœli!
 Vos misera in mundi carcere clausa vocat!
 Cernite, quàm scelerum tenear captiva catenis!
 Cernite quàm tristi compede mundus agat.
 Ah! quoties rutilas contestor in æthere stellas?
 Cum sole innocuas prona novare preces?
 Ah! quoties simul ore filès, lacrymâte loquebar
 Corde; in flammigeras pectora fixa faces;
 O mea si lachrymis mollescere vincula possent!
 Illa forent lachrymis mollia facta meis.
 Soepè fenestratis, quæ planxerat abdita clathris,
 Libera disrupto vimine plaufit avis:
 Et lasso Corydon demit juga dura juvenco,
 Rustica nec semper ducit aratra pecus.
 Sic ego funereæ tulerim sat claustra voluptæ,
 Ah satis! ingemuit pondere pressâ manus.
 Post tot fata novum miseræ date sidera Janum,
 Et date fortunâ liberiore frui.
 Demite, quos animus tulerat, pia Numina, nex.
 Non erit hæc vestræ gratia prima manûs.
 Inter mundanas; ùt acanthis stridula, spinas
 Exspectabo piam, quæ levet, axe manum.

§. IV.

Veritas Divina consolatur 3. animæ Augustini potentias, sub jugo mundi gementes, seque eis futuram brevè felicem Ariadnam promittit.

SENTENTIA.

Discite in hoc mundo supra mundum esse, & si corpus geritis; voluet in vobis ales interior. In serm.

Veritas Divina.

SPes non delusit, solvam vos carceris antro,
 Quæ premit, aeterno non premit ira modo;
 Dextera compedibus, solvetur nexibus artus,
 Et cadet immitis flebile Ditis onus.
 Jam melior faciles aptavit Perseus alas,
 Et niveo curret Cynthus actus equo.
 En nova libertas meliori punicat ostro,
 Adquæ novam vitam libera corda vocat.
 Plaudite! sidereo libertas aurea passu
 Evocat, infelix rumpere vincla Stygis

Me

101

101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

Fatales prodit calles.




Eduxit me de

lacu miseriae. Psl. 39





Plaudite! nam excusso redimuntur brachia nodo,
Post liceat caelo liberiore frui.
Effugitis falsi fallacia stamina mundi,
Innocuo lapsu vincula vestra cadent.
Me Duce felices decurret libera calles
Quaelibet, & dabitur, currere pacis iter.
Dux vestros Ariadna pedes moderabor, ut inde
Non ultra impediunt retia tecta gradum.



§. V.

Augustinus quetelis trium potentiarum
animæ commotus, inter amorem, & fu-
gam mundi fluctuat.

SENTENTIA.

*Tu qui imperasti ventis, & mari, & facta est tran-
quillitas magna, veni; & gradere super fluctus cordis
mei, ut tranquilla & serena fiant omnia mea. Me-
dit. c. 27.*

Augustinus.

Qualiter ambigujs jactata carina procellis
Arbitrio pelagi marmora crispa secat.
Et modò pulsa salo Boreales sustinet iras;
Et modò tranquillas navigat arbor aquas;
Prælia ventorum, pelagi simul otia libat;
Ancipitiquè salus pendula puppe natat:
Sic Zephyrus me sæpè vocat crispantibus auris;
Sæpius implacidas detonat Auster aquas.
O faciles juvenili animo concedite soles!
Ne mea fatali spes Aquilone ruat!

Omnia

1771

LIBRARIUS





Venerabilis


EST COL. M. C. L. X. V. R. 1515

O mea Ledaï fortunent carbasa fratres,
 Odoniæquè ferant pendula fata faces!
 Tyndaridæ gemini per crispa pericula Divi!
 Vos mea felici flectite vela manu.
 Heu mihi! septeno revoluta furore charybdis
 Sorbet inexpleto robora rapta sinu.
 Cæruleos hinc Scylla canes metuenda profundo
 Exerit, incautas implicitura trabes;
 Et furit Æolijs commotum curribus æquor:
 Heu mihi! quas furias, dū tumet æquor habet!
 Hinc vitreis formosa genis Achelois amores,
 Mendacisquè labri gaudia ficta sonat.
 Et Zephyro crispante salum componitur æstus;
 Naufragioquè minax otia fluctus agit
 Et favet ambrosiis instratum floribus æquor;
 O quas delicias, dum favet, æquor habet!
 Sic geminꝰ me stringit amor: sua castra voluptas;
 Et melior virtus æmula castra locat.
 Sæpè, vale, dixi, frontem mentita voluptas;
 Parturit Hybla necem, funus Hymetus habet.
 Floribus immixtus protendit aculeus hastam,
 Dum latet, incauto vulnerat ira rubo.
 Nobile naufragium, flos temporis, aureus hostis,
 Anxia spes, cita mors, lena volupta vale!
 Sæpè tamen redeo, desertaque castra saluto,
 Quæquè mihi quondam displicuere, placent.
 Sic

Sic fugio, & maneo, geminiquè cupidine voti
 Anxius ambiguo littore vela paro.
 Hinc amor, hinc odium comisso Marte duellat;
 Quæ volui, nolo, noloque, quæ volui.
 Pugna gravis, malè tuta quies; victoria lenta;
 Quando suo poteris sistere vota loco?
 Ite soporata simulatis hostibus aula,
 Ite; tegit Tyrias perfida spina rosas:
 Herba tegit colubros; viridi mors sibilat antro.
 Materiam tumuli quilibet hortus alit.
 At rursus ambiguos revocat fortuna labores;
 Mundanæquè, trahortactus amore via.
 Quid faciam? cui dura negat fortuna quietem,
 Quem spes ambiguo flatque, reflatque salo.
 Infelix! quæ fida faces Cynosura ministrat?
 Aut quis inextincto Castoris igne vehit?
 Infelix, quò vela feram? quo littore sistar?
 Hinc metuo Zephyros, hinc metuo ora Noti.
 Ecce Duces geminæ statuunt sua signa iuventæ;
 Me vocat hinc virtus, inde volupta trahit.

(o)

PARS



Faint, illegible markings at the top of the page.


Faint, illegible markings at the bottom of the page.



Franz Marchberger del.

Johan Georg Schickler sculp.

f. 29



PARS II.

Veritas Divina, ut fluctuantem
Augustini animum determinet, eidem
mundi, & gaudiorum ejus vanitatem, & falla-
cias in tristi Narcissi fato tanquam in spe-
culo exhibet, sicquè eum in sui
sequelam pertrahit.

SENTENTIA.

*O Munde immunde tenebras pariens !
quid faceres, si maneres ? quid faceres
dulcis, si amarus alimenta mentiris ? in-
ferm.*

§. I.

Veritas Divina fabulam de Narcisso pro-
ponit, mundanæquè vanitatis falla-
cias explicat.

Veritas Divina.

Quid juvat Oebalios vultu depingere flores.
Pæstanasquè rosas, & canis Lilia cristis.

In-

Inferuisse labris, breve ver populatur odoræ
 Delicias Floræ, quantumque accedit in horas
 Sternitur, & fragili rosa Pæstias interit ævo.
 Sic Charis informi mutatur sæpè Megarâ,
 Typhisphonéque Helenes formosos proluit annos,
 Quisquis es, ambiguarè te malè crede juventæ,
 Quamprimos dū Phœbus equos Gangetide ripâ
 Promovet, ambrosiis Zephyros injūgit habenis
 Et roseas ver molle genas depingit amores;
 Ast ubi defesso Titan Pyroënte recumbit,
 Sæpius arctôâ concretus grandine pennas,
 Prosternit Boreas, & picta roseta genarum,
 Partheniasquè nives, Tyrijsquè corallia labri.
 Et frontis Charites fatali fulminat irâ,
 Eja age Nympharum soboles, dilecte Tonanti,
 Purpureas Narcissè Rosas, & Lilia colli
 Effer; & ambiguam formoso corpore prædam,
 Si potes, illæso defendere prodigus ævo,
 Et puer, & juvenis poteras vix natus amari,
 Pulchraq; florigeræ protendere lustra juventæ.
 Nam mala tempestas oculorum subruit ignes,
 Et male fretus amor proprio se torserat æstu.
 Interea miserande ageris, sequerisquè, putasquè,
 Infelix, te posse sequi, te posse tenere:
 Tequè ita in interitum quæris Narcissus amare,
 Discat posteritas, quo vana cupidine forma.

per

Pertrahat, humanis quantum insit rebus inane:
Quantumquè alliciat. Nihil est sub sole perenne.

Narcissus.

ARdua Parrhasiæ Regina lustra secutus;
Venantùm posui signa, decusque, puer!
Dulce rudimentum, primique trophæa laboris
Protulit è viridi terna Diana thoro,
Et pharetras viridi convalle probavimus antri,
Et sonuit celeri missa sagitta manu.
Narcissus posui doctis venabula dextris,
Me nemo melior retia rara tulit.
Venator, juvenisq; , simul, laus magna juventæ,
Venantùmque simul gloria magna fui.
Nostra sagittiferum vicisset Oriona cuspis.
Ad nostras Pharetras nullus Adonis erat.
Percutiente licèt Cephalo fera multa ruiisset,
At mihi compositus vix levis umbra foret,
Tela Philoctetes non tantâ laude ferebat,
Invidit Pharetris Delia sæpè meis;
Viribus & formâ mea, terris gloria crevit,
Postera Narcissum sæcula laude canent,

Veritas Divina.

Postera Narcissi narrabunt sæcula fatum.
Atro

Atrocesquè faces, quibus ignea tela Cupido
 Torfit; & in proprios animavit vulnera vultus;
 Gloria pulvereo succumbet tecta sepulchro,
 Æmula labra rosis, imitantia colla pyropos,
 Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines
 Invida fors rapiet, Peplum Narcissè revela;
 Forma dolum mentita tegit: quæ ludit in auro
 Cæsaries, radiisque humeros pretiosa flagellat,
 Tristia, quæ juvenem rapiant, tibi retia fient,
 Et rosa, quæ Tyrio jam pingit murice malas,
 Verbera spinarum, conjuratosquè dolores
 Non uno hoste dabit; formoso sæpè sub horto
 Hydrg adest, quâ pulchra stetit crystallꝫ aquarū,
 Anguis Agenoridae prostravit callidus arma,
 Nubila Phœbeos propellit ab æthere currus
 Cynthia, hyperboreæ tormenta Favonius iræ
 Sustinet invitus, quid formâ pellice frontem
 Comis, & incerto præsumis vivere Phœbo?
 Si fors forma dies Phœnicis vivere possit,
 Et stabiles sine morte rosas promittere malis;
 Aut duraturis vultus incingere flammis.
 Quælibet hora latro, Melibæū subtrahet ostrū;
 Mutatisquè rosis vives deforme cadaver.

Narcissus.

Vivimus, & faciles indulgent sidera soles,
 Vivimus, & niveos fors vehit alma dies.

En

En nostra in votum fera plurima spicula sensit
 Narcissus juvenum gloria prima manet :
 Cum finit Ambrosius formosa jugalibus ætas ;
 Sors favet , & felix purpurat aura ratem.
 Aurea Narcissum comit clementia cœli
 Meque fovet roseo Gratia terna sinu.
 Non sic dilectum Cythereia fovit Adonim,
 Non tibi sic Cephalus vixit amatus Eos.
 Non sic totalem Ganymedes raptus in æthram,
 Supremi meritis culmen amoris erat.
 Me polus æterno sibi fœdere junxit amoris,
 Me mare , me tellus , me Deus omnis amat.
 Nunquam florigeri decrescet Lucifer ævi,
 Nullaque falx frontis picta rosata metet ;
 Plurima bisseño volvetur purpura signo
 Solis , at in nostrum non erit illa dolum.
 Non erit , hostili qui vultum vulnere perdet ;
 Qui collo demet lilia , nullus erit.
 Auribus insonuit quæ grato Nympha susurro ?
 Pectus anhelanti cedo levare siti.

Veritas Divina.

INterea virides venando transilit annos,
 Et teretes doctus nervo misisse sagittas ;
 Tela fatigato multas commiserat arcu :
 Otia nervus agat , virides , ait , ibo per umbras ,

C

Qua

Quà celer æstivos ramus compescuit ignes,
 Non procul in tacitis vocalis vallibus Echo
 Garrula Nympha latet, vocēq; per aëra reddit:
 Hinc ubi frondosū recubat Narcissus in antrum,
 Cui fuit in tenera damnosa superbia forma,
 Se laudat, vultusquē suos, floresque, genarum
 Labrorumquē, rosas, niveiquē sacraria colli.
 Fons erat illimis nitidis argenteus undis,
 Quem neq; pastores, neq; pastæ in mōte capellæ
 Contigerāt, aliudvé pecus, quem nulla volueris,
 Nec fēra turbārat, nec lapsus ab arbore ramus:
 Gramen erat circā, quod proximꝰ humor alebat
 Sylvaque sole locum passura tepescere nullo.
 Hic tener herbooso juvenis procumbit in antro;
 Quem studiū pharetræ, missumq; per aëra ferrū
 Arcadici per aperta jugi distraxit, & altas
 Incinxisse dedit sylvarum retibus umbras.
 Ille sitim sedare cupit, sed nulla levare
 Lympha sitim potuit: tantos sitis ivit in ignes.
 Ut bibat, & liquidam crystallū admoverit ori,
 Amplius ille tamen sitientia pectora sensit;
 Se sitit. Ah! nullus vivet Narcissus ab undis.
 Non est rosarum sæculum;
 Narcisse, flos fatiscit:
 Idemque dat cunabula,
 Idemque Sol sepulchrum.

Nar-

Narcisse; quid fugacibus
 Formam reponis horis?
 Æstas juventæ floridæ
 Deforme fit cadaver,
 Narcisse, vultus purpuram
 Palloris umbra sternet,
 Narcisse, forma præterit,
 Ne crede frontis ostro.

Narcissus.

Quid video? quântis surgunt mea gaudia votis!
 Te video, ô animi multa volupta mei!
 Felices nimium riuos vos dixero fontes,
 Qualis imago tuas fons latet inter aquas?
 Qualis imago latet? iuvat aspexisse latentem,
 Non hominis, fuit hæc forma nitorque Dei,
 Non opus immodico formam describere plectro?
 Quod placet, hinc video; qualis imago latet!
 Quam nitidos vertex placidè sinuatur in orbis!
 Quam comit niveas prima pruina manus!
 Labra rosas, & colla nives, frons Lilia floret,
 Crine nitet Phœbus, Gratia terna genis.

Veritas Divina.

Ille tamen vitreæ populatur imaginis æstum,
 Sequæ cupit; probat ipse suos Narcissus amores;

Ipseque quē petit, est, simul urit, & ardet eodem
 Flamine, & in proprijs infelix carpitur umbris,
 Quot gemitus, quot ducta trahit suspiria corde!
 In modicas quoties visum captantia collum
 Brachia mergit aquas; nec se deprendit in illis:
 Quid facis infelix? quantus te perdidit error!
 Quod sub fonte vides, ipse es: credisne latere
 Fonte tui flammam, & semina prima caloris:
 Quod petis, est nunquā, tecum venitq; manetq;
 Umbra, repercussis fontis quæ fluctibus exit.
 Nil habet ista tui: potes hac discedere ripā;
 Tecum discedet fontis fallacis imago:
 Te remanēte manet, fugiet fugiente: quid undis
 Confidis, Narcisse miser? te diligis ipsum.
 Ignis es, & fomes, quid amas? & amaris in uno?
 Ille tamen fixus; viridique cupedine fontis
 Damnatus Nemesis miserando vulnere portat.

Narcisse viridis iuventæ gloria
 Cessa miser te amare.
 Hic nulla generat amor solatia,
 Nec opem potes sperare.
 Jam vindex Nemesis flammam ulciscitur,
 Narcissus medijs in undis uritur:
 Imago corporis, quod cernis, ipse es,
 Quid votis astra fatigas?

Quem

Quem amas tecum est, quem quæris, possides;
 Quid ultra fontem incufas?
 Te ipsum diligis, simul diligis,
 Hic nullum corpus est, umbram insequeris;
 Narcisse desine absentem quærere,
 Præsentem habes amatum.
 Fallaci undulæ noli confidere,
 Te ipsum habes ingratum,
 Vertêris in florem, hoc amor poterit,
 Vbi vitam juvenis amando tulerit.

Narcissus.

OLiquor! O viridis gemantia gramina ripæ!
 O Nemora erroris nescia lustra mei!
 Ecquis jo sylvæ! me usquam crudelius arsit?
 Me peto, & in vestris me peto captus aquis.
 Me video, placeoque mihi, miser ardeo in undis,
 Quamque levare solet, me premit unda siti.
 Heu sitis infelix! nullâ reparabilis undâ.
 En sitio, & mediis Tantalus uror aquis
 Quod placet, inveni; quod amo, non stringere
 (possum,
 Sic fugio, quod amo; non amo sic, quod amo.
 Quodq; magis doleã, non nos aut separat orbis.
 Non mare, vel rigidis moenia clausa viris,

C ;

Exi-

Exiguâ prohibemur aquâ : petit ipse petentem,
 Meque peto visus, meque petitus amo.
 Ah nimium dilecte veni, fac desere fontem!
 Usque miser riguo condite fonte lateres?
 Quin venis & tanti tormentum subruis æstus,
 Te video, ah rigui desere fontis aquas!
 Te video, quoties porrexi brachia collo,
 Ille quoque ex undis brachia stricta dedit,
 Cùm risi, arrisit, nutu quoque signa remisit:
 Me lacrymante suas sparserat imbre genas.
 Verba dedit nostras imitantia verba querelas:
 Me voluit, nobis proximus ore fuit.
 Sic totus similis me totum finxerat ore,
 Illi ego, & ille mihi totus in ore fuit.

Veritas Divina.

EN! quantum luget? tangunt suspiria Divos,
 Pallet, ut opposito pallefcit Cynthia Phoebo.
 Quasque rosas tulerat niveo discrimine mixtas,
 Perdidit; & tristi malas velamine textit.
 Labitur; & tecto paulatim carpitur igne.
 Et neque jam color est, mixto candore rubori,
 Nec vigor, aut vires, & quæ modò visa placebant,
 Nec corp9 remâct, quodâ quod amaverat Ecnor.
 Scilicet insanus Narcissum perdidit æstus,

Quæ-

Quæque per aënosam poterant durare senectam
 Tempora; protrito sternuntur flore juventæ;
 Nō aliter, quàm prima suos cedr9 æthere ramos
 Sustulit, & virides diffundit frondibus umbras.
 Illa viret, longosque solet promittere soles,
 Nec gelidas timuisse hyemes, glacièq; minaces
 Vrsarum bijugos, tempestatumque procellas,
 Cùm subito infestum deduxit Oriona Caurus,
 Grandinibusque tumens Arcturus fulminat iras;
 Tum strata cecidère comæ, crispata virore
 Brachia sylvarum nudatis frondibus adstant:
 Sic niveæ cervicis honos, commissaque soli
 Cæsaries rigida sternentur funere mortis,
 Obductasque faces tristis caligine lethi,
 Nubila Narcissi dirumpit gratia amoris.

Narcissè monita noli contemnere,
 Est tempus tandem sapere.
 Perire non vis? desine quærere,
 Te vana ludit umbra.
 Recede, quid fallacibus
 Narcissè credis undis?
 Te cupis ab æstu proprij
 Narcissè captus oris.
 Tua forma fonte condita est,
 Tua forma te sagittat.

Narcissus.

Agnosco, miser ipse mei deludor amore,
 Uror amore mei, me meus ignis habet.
 Quod cupio; mecum est presens, me quaero sub undis
 Quaero miser; teneo, quod tenuisse velim.
 Binus, & unus ero, nam sentio damna duorum,
 Me volo ut absentem, me tamen ipse fero.
 Sum, qui amo, praesentes rapiunt praecordia flammae,
 Sum, qui amor, in fontis me peto lusus aquis.
 O utinam nostro secedere corpore possim!
 O utinam quod amo, posset abesse procul.
 Sed frustra est, aestus superat nimis aestuat ardor,
 Tu quem vicisti, me simul unda cape.

Veritas Divina.

Miserande juvenis, proprius
 Te vulneravit ardor:
 Es praeda proprii vulneris,
 Es ipsa praeda cordis.
 Te diligis; te vitreo
 Sub fonte nunc anhelas:
 Narcisse cessa quaerere;
 Quis vivat his sub undis?
 Es ipse, quem fugacibus
 Sub fluctibus laceffis,

Quies-

Quiesce: proprii corporis
 Narcissè perduellis
 Homicida factus, pectoris
 Et proditor quiesce.

HOc habet, extremo pēfantur fulmine soles,
 Gaudia formoso quōdam resonantia vultu
 Ruga senilis arat. Murex | pallore notatur;
 Spem dolor immiti mortis caligine damnat:
 Hoc habet in formam peccat crudelior hora!
 En cadit, Oebalios qui vicit murice flores,
 Qui candore nives antēiret, plausibus ostrum,
 Corpus vile jacet: tempestas squalida malas
 Stravit, & ex sanguis subjunxit tempora brumæ,
 Qua quondam placidi steterat clementia veris;
 Quàm levis aura fuit! Zephyri incōstantior aurâ
 Forma fluit, dum Flora rosas promiserat ori
 Lilia nata cadunt, nigrâ ferrugine florum
 Purpureos vultus inimicus sopiit Eurus.
 Et cinis, & murex vix passu dissidet uno,
 Quàm breve prostravit formosum Nerea fulmē;
 Quàm brevis unda rapit dilectos Hercule vultu;
 Quàm brevis ira premit dilectū cypridi Adonim
 Tam breve prostravit Narcissi gaudia fulmen,
 Tam brevis unda rapit dilectos pectoris ignes,
 Tam brevis ira premit Narcissi morte triūphos

Forma brevis Zephyrus pernicibus avolat alis;
 Flebile momentum fugientibus interit horis.
 De Zephyro Boreas tumidis Aquilonibus urget,
 Delicias frontis, sternitque rosæta genarum.
 Hoc tandē superest: vernam Libitina juventam,
 Sternit in extremū violis inimica sepulchrum:
 Fide genis, quas Flora rosas, quas murice Pallas
 Cingit, & in menses formosa theatra labrorum
 Profer in exsangues mox discessure figuras;
 Flamma ferox juvenem crudeli fulminat igne,
 Quoq; magis tener est, tenerisq; rubescit ab añis;
 Hoc citius rapidæ Narcissus pabula flammæ
 Ipse dedit, ceciditque sui flos primus amoris.
 O amor! immitem vestitus corde dolorem
 Fronte rosas, sed corde vepres, & mille dolorum
 Vulnera sopitis quamvis meditâre procellis:
 Ore rubes, palles animo, mendacia centum
 Uno corde geris; mendax Euripe valebis.
 O Juvenis! juvenis! nimum ne crede colori!
 Flebile formosum prostravit Alexida fatum
 Narcissique rosas fatalis flamma resolvit.
 Flamma ferox, puer esca fuit; pretiosa juventus
 Temporis esca fuit: Narcissum fiete Napeæ!

Tuque

Tuque parens florum , cui centum tempora
fertis

Compta virent , Zephyritis ades : deponere ro-
sarum

Gaudia , & atratam tibi selige squalida taxum.

Narcissus cecidit redeuntis gloria veris.

Cernite , mortales , fallax hoc sine coronat

Mundus amatores , sic pensat gaudia luctu.



§. II.

§. II.

Veritas Divina in documentum posteris, quanta sit vanitas eorum omnium, quem Mundus amat, & insequitur; Narcisso e-mortuo epitaphium erigit.

SENTENTIA.

Vae Mundi amatoribus, tenebras vident, tenebras diligunt, tenebras approbant, de tenebris euntes in tenebras; cadunt apertis oculis, & descendunt in infernum viventes. In Soliloquiis.

Momento transit purpura rosarum,
 Vix nascitur, stipatur vi Spinarum,
 Crudele momentum floris venustas
 Regnat in hortis celeres calendas,
 Vix nata, jam cadit, dum nascitur;
 Jam sternitur:
 Non durat sæculum.


Narcisso formam rapuit momentum,
 Fatale fit formosa frons figmentum.
 Ne crede fronti, purpura pallorem,
 Crudelem amor induet dolorem,
 Si potes, recede, dum tempus est,
 Ah! steriles calores
 desere.

Cur-

Flammæ Narcissi brevis amoris
 Crudeli stravit fulmine doloris,
 Fusore pari se amat, se odit.
 Errore pari se quærit, se fugit:
 Sic amor; & dolor cor lancinant,
 Spem vulnerant,
 Nec vota satiant.

Crudelis forma perdidit Narcissum,
 Brevissima voluptas fert cupressum,
 Fons fit sepulchrum lugubre flammarum,
 Breve ver carpit muricem rosarum.
 Amoris rebellis fax cærum
 Sub tumulum
 Narcissum fulminat.

Non unda flammæ sopiet amoris
 Fortissima arcani vî tortoris
 In undis ardet pectoris Tyrannus,
 Pacem recusat proditor arcanus.
 Sic pugnat, ut vincat,
 Sic spoliat, ut auferat
 cordis victoriam.





LIBER II.

Veritas Divina receptum in
 scholam suam Augustini animum in
 fallibilibus principijs imbuit; docetque
 melius mundum & coelum
 speculari.

SENTENTIA.

*Mundus transit & concupiscentia eius: quid
 vis? utrum amare temporalia, transire
 cum tempore? an Christum amare, &
 in aeternum vivere. S. Augustinus su-
 per epistolam S. Joannis.*

THE-

THESES PHYSICÆ.

I.


Physica est scientia speculativa, habens pro objecto materiali corpus naturale specificativè acceptum; pro formali illud ipsum corpus sub reduplicatione naturalitatis. 2. Datur materia prima; imò sub ratione subiecti primi evidentia saltem aliquam, seu mediatam demonstrabile est dari materiam primam. 3. Hæc appetitu quodam naturali fertur in formas nobiliores præ ignobilioribus. 4. Datur etiam forma substantialis nata actuare materiam. 5. Materia prima non potest naturaliter existere sine omni forma. 6. Quod si tamen existeret sine omni forma, conservatio esset illi conaturalis, licet hoc comple-

plexum, materia existens sine omni forma, necessariò aliquid supernaturale saltem quoad modum includat. 7. Materia naturaliter nequit sustentare duas formas totales simul, & si incapacitas sit ex parte materiæ; neque Divinitus suppleri potest. 8. Dantur defacto entitates modales. 9. Causa Physica nequit causare physicè, nisi actu existens sit & debitè applicata subjecto capaci. 10. Potest Divinitus respectu ejusdem numero effectus dari duplex actio totalis, non tamen potest idem se ipsum producere nec quoad primum, nec quoad secundum esse. 11. Implicat naturaliter actio in distans, quæ nihil agat neque in medio; neque cum medio, potest id tamen fieri divinitus. 12. Creatio instrumentalis potest à Deo communicari creaturæ. 13. Nequit res esse; & esse nulli

libi ad

for
 fal
 Via
 duas
 citas
 itus
 entis
 qui
 s. fi
 io
 nu
 alis
 odu
 H se
 liter
 e in
 otell
 o in
 icar
 nul
 libi

libi. Ubicatio est à rebus essentialiter de-
 terminato loco non affixis modaliter di-
 stincta. 14. Non implicat ubicatio indivi-
 sibilis. 15. Naturaliter non potest dari va-
 cuū, nec replicatio; nec penetratio corpo-
 rū, potest tamen dari divinitūs. 16. Res re-
 plicata in duobus locis plūs potest; quā
 non replicata. 17. Infinitum in nume-
 ro; & intensione non tantūm syncatego-
 rematicum; sed etiam categorematicum
 possibile esse tenemus. 18. Etiam infini-
 tum in perfectione secundum quid tale
 communicabile esse creaturæ asserimus.
 19. Non tamen infinitum in extensione;
 aut creaturam simpliciter perfectissi-
 mam. 20. Continuum non componi-
 tur ex indivisibilibus Zenonisticis; nec
 ex punctis inflatis; nec ex aliis indivisi-
 bilib; sive formaliter talib; sive potentiā;
 vel virtualiter distinctis; sed ex partibus
 actu distinctis in infinitum divisibilibus.



Prensati illudunt cæco.



Nescitis, quid

petatis. Matth. 20

J. Wandelaar. del.

J. G. Schuler. sculp.

0130

o. e. d. m. M. ar. d. b. y.

V
di

Vi

C

Pe

PARS PRIMA.

Veritas Divina; ut odiū mundi ejusque illecebrarum, & peccatorum inducat in animum Augustini cogitationibus æternis illum illuminat.

SENTENTIA.

Vita hæc vita misera, vita incerta, laboriosa, & dolosa; felices illi, qui familiaritatem ejus recusant, perfunctoria gaudia spernunt, societatem abjiciunt; ne cum pereunte deceptrice, & ipsi perire cogantur.
Med. c. 21.

§. I.

Cogitatio prima de instabilitate, & incertitudine bonorum temporalium.

SENTENTIA.

Pereant hæc omnia; & dimittamus hæc inania, & vana; ruinosus enim mundus est, & decipit; conferamus nos ad solam inquisitionem eorum, quæ finem non habent. In lib. Confess.

D 2

Quid

Quid iuvat Aufonios animô depingere fasces
 Perque triumphales necereserta comas
 Hesperus auroram modico temone fatigat,
 Longævoque vetat crescere vere rosas.
 Gaudia vermis alit, defalcata Parca triumphos
 Omnia crudeli stamine Parca metit.
 Incertis rapitur, formosa jugalibus ætas;
 Ambiguamque rapit mobilis hora fidem.
 Lubrica res tempus, sua se per puncta trucidat
 Dumque tenetur, abit proditor ipse sui.
 Atque ita qui florem Phœbo nascente videbat
 Exiguum cinerem sole cadente videt.
 Purpura manè rubet, sed vespere pallida marcescit
 Una dies cunas, datque sepulchra rosas.
 Tempore corripere, fatalis arundo sagittat,
 Nec timet eximios præcipitare Duces.
 Omnia mors æquat, manet immutabile fatum
 Et puer, & Juvenis mergitur, atque Senex
 Et jacet immixtus pannoso Romulus Iro:
 Nec meliora Codrus paupere busta tenet.
 Cura omnis brevis est, quam textit aranea, telum
 Quamque levis rumpit vindicis aura Notus
 Stamina staminibus cum filis fila maritat,
 Perque semel textas, itque, reditque vias.
 Assimiles plagas, mens nostra & aranea texunt
 Assimiles nimium debilitate pares?

Utraque Dædaleos suspendit ab arte labores,
Telis illa suis, motibus ista suis.

Illa catenatum centeno stamine textum
Ponit Arachnæis ingeniosa dolis.

Ista trahit vario sinuatam margine vitam,
Nec finit immoto sistere vota loco.

Utraque longævis discursibus æthera fallit.
Spes tamen effectu fallit utramque suo.

Illa laborando vitalia viscera rumpit,
Ista labat tragici funeris icæta manu.

Hanc labor, hæc diro dolor arduus impetit æstu;
Nec finit innubi currere sole dies.

Heu! quoties tristem sibi textit aranea restim,
Et misera in proprio trita labore perit?

Utraque sublimes meditatur in æthera gressus
Filis illa suis, fraudibus ista suis.

Illius implacidus dirumpit gaudia ventus,
Hanc rapit immitti mors metuenda manu.

Quàm brevis hora rapit telam pedetis Arachnes,
Tam brevis hora tibi funera necit, homo.

Tam fragili pendent tua gaudia stamine fixa,
Vix bene nata cadunt, vix benè visa volant.

Crede, quia in tenuè mûdus cõponitur urnam;
Quidquid habet cunas, certa sepulchra feret.

§. II.

Respondet Genius Augustini Cogitatio-
ni de instabilitate, & incertitudine bono-
rum mundi hujus. SEN-

SENTENTIA.

*Vanitas vanitatum, & omnia vanitas; hunc versum
lum si saperent mortales, in parietibus omnibus, &
in vestibus suis scriberent, in foro, in domo, in ja-
nuis, in ingressibus, & ante omnia in conscientia
suis, ut semper eum oculis cernerent, & corde sen-
tarent. Homii. 30. in Matth.*

Augustine vides? celeri volat impete vitæ,
Avolat, ut Partho missa sagitta volat:
Augustine vides, brevis ætas sternit honores;
Æternusque parit se velut hydra dolor.
Augustine vides, quod te vidisse juvabit?
Aurea fatalis gaudia Parca secat.
Immotas nulli licuit placasse sorores,
Bina licet parcat tertia fila secat.
Sis, liceat, Pyliæ donatus lege Senectæ,
Aut Cumæa tuos sospitet urna dies,
Dura tamen Pyliam mors sternet falce Senectæ,
Cumæosque dies flebilis hora premet.
Nil immune manet: rapimur feriente sagittâ,
Seriùs, aut citiùs mors sua quemque manet.
Heu mihi! quàm fragili mea spes versatur in urnâ,
Quàm facilè incautas obruit urna rates?
Heu mihi! quàm vanis fortunæ pascimur ūbris,
Quàm citò præcipitat funebris umbra diem.

He

Heu mihi! crudeles mēdax parit unda procellas!

Quàm benè Ulyssæe proderit artis opus!

Aura fugax, brevis ūbra, dolosa procella voluptas!

Quantus in ambrosio proditor ore latet!

Non benè te credis fugientis lusibus ævi;

Lusus hic illudit, vulnerat ille favor.

Illa dies aderit, quâ totis ignibus æther

Omnia fatali pulvere busta teget.

Sceptraque Romulidum stratas cū civibus urbes

Non extinguendo subruet ira rogo.

Omnia pulvis erunt; cineri nec sylva superstes,

Æmula syderibus brachia ponet humi.

Flam̄a rapax Lybico pretiosum dente lacunar;

Dardaniasque premet, Memnoniasq; domos.

Et cadet in tumulū cumulatis pompa triūphis,

Everfisque ruent martia signa viris.

Ac velut Arctois Boreas ubi fulminat alis,

Arboribus stratae succubuere comæ;

Nudaque deposito ramorum pignore quercus

Sternitur arbitrio præcipitata Noti:

Sic celeri squalent demessa cadavera falce

Et jacet immixto virgo, puerque rogo!

Illa senectutem, quæ figit arundo Juventam;

Communiq; ruunt funera mixta gradu.

Ferrea Mygdonias calcet Libitina coronas,

Ignavusque rapit Romula sceptrum ligo.

Sic ruit in præceps laxatis gloria frænis,
 Nullaque labentis vis remoratur iter,
 Ibimus, hoc superest, quod nos mors dura vocabit,
 Ibimus, æternos mors trahit atra dies.

§. III.

Cogitatio mortis.

SENTENTIA.

*Sic est omnis iste cursus mortalitatis, nascuntur homi-
 nes, moriuntur, & aliis moriantibus alii nascuntur,
 succedunt, accedunt, decedunt, nec manebunt; quid
 hic tenetur? quid non decurrit? quid non quasi
 de pluvia collectum it in abyssum. in ps. 109.*

ERgo nectareæ simulata theatra voluptæ
 Cedite: dic, animo vos procul este meo
 Dū tremulis crispatur aquis, cave marmora pōtis
 Velivolas rapiunt marmora crispa trabes.
 Quo magè tectus erat, nocuit magè prodigus
 (hostis)

Quem cinis occuluit, sævius ignis obest.
 Stamina marmoreæ volvunt adamantina Parca
 Et fragilem infestat quælibet hora colum.
 Illa, vel illa ratem tempestas æquore merget
 Ille, vel ille potest ultimus esse dies.
 Qui modò formosis decurris mensibus annos
 Cui florent Tyrijs lilia mixta rosis,

abit,

omi-
neur,
quid
quasi

e
neo
pōtis

ligus
ostis

arca
m.
rget

inos

Al

III


Huc decessit Magnus



Subter te Sternetur tinea, et opusculum tuum erunt vermes. Is. 14

Johan Georg Schickler, sculp.

f. 49



A
E
P
E
C
C
M
C
C
C
I

Ah cave! mors hodie crudelis fiet Apelles,
 Et rapiet niveæ nobile frontis ebur.
 Et tener Arctoâ procumbet furculus irâ,
 Et cadet immiti strata juvena manu.
 Purpura pallorem, squalorem lilia fument,
 Et de formoso turpe cadaver eris.
 Flebilis Oebalios concludet tumba colores,
 Seu Narcissæ tuos, sive Hyacinthe tuos.
 Quàm cita mors Priamum, tam perfida sternet
 (Adonim,
 Et quia cæca trahit proxima fata rogo.
 Omnia fatali dependent gaudia filo,
 Funeream falcem quælibet hora tenet.
 Nil manet æternum, rapimur rapientibus aënis,
 Alternoque cadunt invida fata gradu.
 Omnibus urna patet, fies de corpore pulvis:
 Hanc fati legem Cæsar & Irus habet.
 Omnibus una tamen magis omnibus hora ti-
 menda est
 Hora barathrali plus metuenda vadô.
 Cùm veniet suprema dies, quâ mortis ad ictum
 Dicendum extremo carmine; vita vale.
 Cùm cadet in cineres fatalis arundine mortis
 Et jocus, & Cypriæ blanda medulla Deæ.
 Et dabit hora stygem piccato sulphure plenam,
 Vel dabit hora polum, sydereasque domos.

O sine fine dies! tristes sine fine querelæ!
 Aut sine fine quies, vel sine fine dolor!
 Et patet Elysius longævis floribus hortus,
 Ver ubi perpetuum flora perennis alit.
 Et patet obscuri tristissima janua Ditis,
 Trux ubi perpetuo jure perennat hyems.
 Et vocat astrorum, vocat & te scena dolorum,
 Æternùm felix, vel miser esse potes.
 Atq; hoc momentum mortis dependet ab ictu,
 Vel stygis atra domus; vel domus alta poli.
 Vidisti, ambigua ut pinus succisa securi,
 Nutetin alterutrum nescia abire latus.
 Seu cadat in dextram, seu lævâ parte recumbat;
 Sub quocunq; cadet climate, fixa manet.
 Sive diem spectet tenerô splendore renatum,
 Semper in auroram robora quassa feret:
 Sive diem spectet lassô temone sepultam,
 Semper in occiduos brachia tendet equos.
 Seu cadat ad Boream, madidum seu vergat in
 (Austrum
 Immotas frondes ille, vel ille; premet.
 Sic ubi longævâ conclusa est fabula vitæ,
 Te feret aut Zephyrus, vel trucis aura Notus.
 Non dabitur revocare gradum, manet Hospes
 (Olympi,
 Qui semel Elysius dignus adire lares:

Et

Et manet æternus Lethæis hospes in oris,
 Qui semel in Stygias iussus abire plagas.
 Fixa manet rigido cœli sententia clavo,
 Fœdera stant nullo diminuenda die.
 Felix, qui placidis super astra volaverit alis,
 Ah miser! æternâ quem pice pœna manet;

§. IV.

Genius Augustini respondet Cogitationi mortis.

SENTENTIA.

Vita hæc misera est, mors incerta, subito obrepit, & posthac negligentia pœna luenda est. lib. Confess.

ET tamen instabilis sectamur gaudia vitæ,
 Cernimus æternis consuluisse malis.
 Fortè suas fraudes posuit temeraria Siren?
 Et scopuli tacitos dedidicere dolos?
 Aut forsân roseo posthac crispabitur ostro,
 Nullaque spinarum vulnera Flora dabit?
 Forsitan & viridi non sibilat hydra sub herba,
 Hyblæosque tegent nulla venena favos?
 Heu! malè mentito spem nostrâ ponimꝰ ostro,
 Plurimus Oebalio murice pallor inest.

Heu!

Heu! malè præsentès tantùm complectimur
 (umbras!

Credite, funereum posttrahit umbra peplum,
 Heu! malè cū fatuis componim⁹ ignibus aṅos.
 Ignis habet cineres, nox tegit atra diem.
 Ut lento graditur vindex Rhamnusia passu,
 Compensat pœnâ posteriore moram.
 Ac veluti placidas ubi pius navigat undas,
 Pellicibus subitò præcipitatur aquis.
 Pœna diu suspensa moram gravitate reponit,
 Et quem sera ferit, grandior ira ferit.
 Inmemor astrorū, quid posthuma tēpora poscāt,
 Non videt æthereâ mens viduata die.

§. V.

Cogitatio Judicij post mortem homini
 cuique evenientis.

SENTENTIA.

*In quo quemq; invenerit suus novissimus dies, in hoc eum
 comprehendet mundi novissimus dies; quoniam qua-
 lis in die isto moritur; talis in illâ die judicatur.*
 Epist. ad Dioscor.

Ferrea conditio, justæ stant æthere lances,
 Quas nulli gemitus, lachryma nulla movet.
 Fle.

Flebile momentum! sequitur sententia fatum.

Aut amor; aut rigidi iudicis ira manet.

Heu! nimis austeram dispensat cognitor urnam,

Nec precibus flecti se rigor ille sinit.

Omnia sunt adamas miseris fatale tribunal,

Oranda est æquo causa suprema foro.

Pendet inextinctâ mucro plenissimus irâ

Quisquis ades, Damocles, fulminat ipse chalybs,

Nulla reum placido affatur clementia vultu,

Non erit in pœnas dextera lenta Deo;

Et multâ manibusque minax, sed & iride iudex,

Pendula cui circum fulmina flamma rotat.

Ossa timore tremēt, nat plurima lachryma malis,

Lachryma a vernales non positura faces.

Nec prece, nec pretio justissima flectitur urna,

Dura Themis surdâ proterit aure preces.

Ergo age Cecropijs noli madidare camœnis

Mentem; ast æterno fonte bibantur aquæ.

Æternos liceat complecti sensibus annos!

Tempora centeno non rapienda die!

Sulphureos fluvios, volucres Ixionis orbis,

Depastasque novo vulturis ore fibras.

Cuspide fatalis mucro suspenditur astris,

Criminibus vestris æqua statera foret.

Credite, non Tyrio placabitur Æacus auro,

Iusta Themis rigido durior ære magis.

Si

Si potes immoto vultu spectare tribunal,
 Quô avor omnis abest, cui furor omnis inest.
 Heu mihi! quos gemitus lachrymosaq; flumi-
 na fundet.

Quisquis in extremum verterit ora diem.

§. VI.

Respondet Genius Augustini cogitatio-
 ni Judicij.

SENTENTIA.

*Ille iudex nec gratiâ prævenietur; nec misericordiâ iam
 flectetur; nec pecuniâ corrumpetur; nec satisfactione;
 vel pœnitentiâ mitigabitur: dũ corpus habet anima,
 agat pro se pœnitentiam, quàm diu locus est misericor-
 diæ; quia ibi locus erit justitiæ. l. 3. de Symbol.*

Heu timore lingui premitur facundia labro,
 Et silet hoc omnis mellea surda foro.
 Ah pudor! abrupto discedite crimina fræno,
 Non libeant usquam, quæ licuisse pudet.
 Infelix! quem dura premunt peccata lupato:
 Ah ablit Cyprias incoluisse domos!
 O Nemora! ô roseis gemmantia floribus arva!
 O testes hederæ, liligeræque domus!

O Phæ-

O Phaëtonteis illustres curribus ignes!
 Ter geminaeque faces, ternaque; scepra Deæ!
 Astra Thyesteum poterant revocare pudorem,
 Sol ubi conversis visus abire rotis.
 Ast hinc crudeli torquet Rhamnusia morsu,
 Heu! qualis scelerum carnificina manet?

§. VII.

Cogitatio inferni.

SENTENTIA.

*In inferno nulla est redemptio, quoniam ibi gemitus sunt;
 & suspiria; ibi est dolor, & planctus, & clamor, &
 non est, qui audiat. serm. ad eremit.*

Gurges avernali tristissimus imminet igne,
 Et rea tartareus corpora carcer habet.
 Nobile ludibrium credam Busiridis aras,
 Et Diomedæ pabula rara domûs.
 Fabula; qui tragicis metitur pinibus Isthmum,
 Fabula Tantaleus Sisyphusque labor.
 Heu anime! heu quali delusi errore perimus!
 Illud si placeat corde fovere scelus.
 Nempe Barathrali damnatur nocte voluptas,
 Perpetuusque premet plena theatra furor!
 Heu timor! exâgues trepidât sine flore medullæ
 In mentem quoties Judicis urna venit.

O Ri

O Rigor! immiti fixa est sententia clavo!
 Heu mihi, quod servat ferrea jura Deus!
 Heu! quoties feralis canit mihi buccina signum
 Intonat ille meis auribus usque metus.
 Surgite de tumulis redivivo corpore manes,
 Surgite, supremi Numinis hora vocat.
 Hora suprema vocat, quâ judicis ante tribuna
 Mens rea contriti temporis acta luet.
 Non magis Ætnæo conflatum fulmine telum
 Ardua Trinacrio tesqua furore premit:
 Quâ mihi mens gelido cōstricta pavore trēisca
 Cum subit extremo plena dolore dies.
 Illa dies piceis pensabit crimina tædis,
 Tænarioque cadet victima multa rogo.
 Illa dies rapido damnabit fulmine terras,
 Ultricesque facestunc sine fine dabit.
 Illa dies stygio mutabit sulphure nectar,
 Cimmerijsque premet mēbra cremada pyri.
 O! quoties animo feralis imago recurrit;
 Plurima præcipiti lachryma fonte fluit.


§. VIII.

Cogitatio æternæ Beatitudinis.

SENTENTIA.

*Mater Hierusalem, civitas Sancta Dei, charissimæ
 Sponsa Christi, te amat cor meum; pulchritudinem tuam
 nimium desiderat mens mea, ô quàm decora, quàm
 gloriosa, quàm generosa tu es, tota pulchra es, & mihi
 cula non est in te Med. c. 25.*

A sp



s!
aum
es,
una
um
isca
pyri
.
.
.
issim
em cu
quid
's m
Asp


111





Jo: Ge: Schickler. Sculp.

f. 57



Aspice stelligeri Phæbea cubilia cœli,
 Aspice, quæ votis gaudia structa tuis!
 Ecce repercussâ quæ gaudent atria luce?
 Atria, quæ rutilas dantque; geruntque faces!
 Ecce renidenti laquearia clara pyropo,
 Et simul Elysia gemmea tecta domûs.
 Quid memorê virides æterno germine Calthas?
 Quâ color, & roseo germine spirat odor!
 Quid memorem riguas æterni fluminis undas!
 Fluminis ambrosius, quâ fluit amne liquor.
 Non bruma, aut Scytico tempestas frigore sævit,
 Sed favor, atque suo spirat amore Deus.
 Ipsa Panomphææ spectatur gloria palmæ,
 Nectareæque dapes, cœligerûmque chori.
 Hæc simul æternum, quod summum est, gaudia
 durant,
 Nullo vel fato, vel fugitura malo.
 Hæc qui fœdifrago spernit temerarius ausu,
 Æternum stygias præcipitatur aquas.

§. IX.

Respondet Augustini Genius cogitationi de præmijs, & supplicijs æternis.

SENTENTIA.

O felix anima, quæ terreno resoluta corpore libera, cœ-
lum

lum petit, *secura*, & *tranquilla* non timet hostem
neque mortem, quid ergo vanis hic occupamur
gitationibus, ut etiam cæli fruitionem sæpè am-
tamus. Medit. c. 23.

Augustine vides! & quis tibi pectore sensus
Annè placet mundi continuare domos
Plausibus æternis cœlorum regia gaudet;
Et potes æterni non meminisse boni!
Ignibus æternis barathralis Tænarus ardet;
Et potes æterni non meminisse mali?
Vel sine fine dolor, vel te sine fine voluptas
Imbuet ille rubis, imbuet ista rosis.
Semita bina patet. Locat hinc sua castra vo-
luptas.

Hinc virtus placidis vernat amica genis.
Castra voluptatis centeno flore triumphant,
Sternuntur violæ, puniceæque rosæ.
Sed lachrymas dabit ille jocus, lamēta triūphi
Et rosa sente minax vulnerat hoste pedes.
Mors latet arcano, mors crudelissima fato,
Ficta que funereum larva cadaver habet.
Ambrosio ne crede favo, fluit Hybla veneni
Quæ placuere, nocent; quæ sapuere, necant
Scilicet & Zephyrū Boreas mentitur; & hostem
Dum parat insidias, fictus amicus alit.

Lubrica res fragili deludit imagine vitam,
 Et ruit omnis honos, difluit omnis amor.
 Occultus latet hamus aquâ! brevis hora dolores,
 Et dabit hora rogam, quæ dedit hora jocum,
 Elige; quodcūq; est, vel te pax pulchra coronat,
 Vel feriet rigido funebris ense mucro.
 Acta licet fuerit Supremo vita labore,
 Et mortis videat tempora quisque suæ.
 Altera vita tamen mors omnibus altera restat,
 Heu! quàm diverso vitaque morsque modo.
 Alternaturis volvetur vita diebus,
 Alternaturos mors habet ipsa dies.
 Ah quibus, ah quantis hæc pœnis trāfigit ævum!
 Ah quibus! ah quantis affluit illa bonis!
 Illa rosas necit, mansuraque germina veris,
 Hæc fodiet rigido tempora mæsta rubo.
 Illa triumphales sternet super æquora palmas,
 Hæc nullum resonat svave canentis ebur!
 Illa favos hyblæ foecundo rore propinat,
 Hæc pice Tænariâ pocula mixta dabit.
 Illa diem nullo mergendum fulmine sentit,
 Hæc permanfuræ tempora noctis habet.
 Illa videt teneros Zephyrorum surgere currus,
 Hæc patitur Scythicum, Mænaliumq; gelu.
 Illa voluptatis pleno torrente triumphat,
 Hæc patitur furias torva Megæra tuas.

O felix nimium cœlesti vita favore!
 O Mors tartareis digna manere focus,
 Elige, quodcunq; est vel te pax pulchra corona
 Vel metuenda malis mors tua facta manet.

§. X.

Veritas adhortatur Posteror, & docet
 conclusionem meliorem de æternis
 faciendam.

SENTENTIA.

Nolite conformari huic seculo, ne amittatis æternam gloriam.
 Super epist. ad Cor.

Vidisti in tenuē mundus componitur urnam
 Quidquid habet vitā certa sepulchra ferentem
 Vidisti, astriferæ te spectent gaudia vitæ!
 Vel certè excipiet te Stygis atra domus.
 Vidisti immotæ stant duræ legibus iræ!
 Respiciet nullas Arbiter ille preces.
 Credito, non capulo suspenditur ensis eburno
 Nullaque vaginam lumine gemma teget.
 Ensis hic in fontes crudelia fulmina sparget,
 Quem ferit, æterni fulminis igne ferit.
 Jam placidâ se fronte Deus sat præbuit orbis
 Quod superest, iræ flebile tempus erit.

Discite

Colo

ona
et.

loce

terti

rnat
feret

urno
et.
et,

rbis

iscito

III

K

IN NOMINE DOMINI AMEN
ANNO DOMINI MDCCLXXII

Calcatus eleuat

Existimo omnia detrimentum esse

franz. Marchberger del.

propter eminentem scientiam Iesu christi
ad Phil. 3

Johan Georg Schickler sculp.

ms. claus.

Propter multitudinem scripturarum
quod subditur per u. m. claus.


I
M
C
J
V
L
A
Q
E
H
D
V
A

Discito longa nimis vultum timuisse Tonantis,
 Non jocus est Stygios promeruisse rogōs.
 Non jocus est, tristē scelerū geminasse catenam,
 Non jocus est mundum præposuisse Deo.
 Quàm gravib9 jocus iste rogis damnabitur orco!
 Umbra diem sequitur, seria pœna jocos.
 Judicis ora time, vultu demurmurat Ætnam,
 Quos tangit, perimit; quos premit, igne ferit.
 Vulnera Divinis crescunt tristissima telis:
 Heu tibi, quem vindex fulmine dextra petit:
 Impie, quis furor est cœlo committere dextras!
 Impie non trepidas, si Deus hostis erit?
 Ah erras! qui impune voles illudere Divis:
 Conficitur, quis quis contulit arma Deo.
 Quã grave cū Superis, plenumq; dolore duellū:
 Quàm grave cœlestis dextera fulmen habet!
 Fulmina, tela, rotas, lachrymosa sepulchra ca-
 tastas,
 Flebilis ultricis Numinis ira parat.
 Heu fuge crudelē mundi quiscunq; palæstram!
 Non habet, ut metuat, qui fugit, unde cadat.
 Dic satis est, video mundi ferale theatrum,
 Æternum periit, qui tuus actor obit.
 Volvitur æternis mæstissimus ignibus orcus,
 Et tamen his flammis non moveatur homo?
 Ah satis est, vixisse orbi! mea carbasa flecto:
 Post aliò current carbasa sacra Deo.

Heu nimis immemores in posthuma tempor
mentes!

Quàm grave suppliciũ, quod levis hora parit
O mea si geminos in fontes lumina currant,
Præteritis toties lumina sicca malis; (ptæ
Quis quis es, ergo fuge! & fac desere castra volu
Quæ credis roseus præmia miles habet.
Dic; fugim9! post astra placent discede volupta
Quàm brevis æternos corripit hora rogos?
Effugim9! nova castra sequor, metus urget abire
Nunc lubet æternos volvere mente dies.
Quisquis es, incertæ ne te malè crede volupta
Imminet à tergo Vindicis ira Poli.
Quisquis es; æternos animo pensabimus igne
Prævisi feriet nos minùs ira Dei.
Mecum i; sidereo quem flamma vocaverit æst
Non habet, ut metuat, qui fugit, unde cada






pon
parit
nt,
pta
vola
npta
gos?
abir
s.
upta
igne
ælu
cada
AR

LI
X

Speculum non clarius ullum.




Inspice et fac

Secundum exemplar. Egoz

Franz Marchberger. del.

Johan Georg Schickler. Sculp.



PARS II.

Veritas Divina ut odiū Mundi & peccatorum in Neo- ad se converso Augustini Genio augeat; exhibet illi omnium dolorum, & totius Passionis causam esse hujus mundi illecebras, & peccata.

SENTENTIA.

Ego, ego sum tui plaga doloris, tuæ culpa occisionis, tuæ mortis meritum, tuæ vindictæ flagitium, tuæ passionis livor, tui cruciatus labor; peccavit iniquus, & punitur justus, deliquit reus, & vapulat innocens, quo Nate Dei, quo tua descendit humilitas, quo tua flagravit charitas! Meditation. c. 7.

§. I.

DOLOR PRIMUS.

Proponit Christum sanguinem sudantem pro peccatis nostris.

E 4

Gethe-

G Ethsemani colles! confines collibus hortil
 Arva cruentato nobilitata Deo,
 Quis novus effusas dat nimbus sanguinis undas?
 Frondea quæis undis irrigat arva cruor?
 Ore fluunt rosei patefacto flumine rivi.
 Et manus, & vertex sanguine membra madet
 Impete purpureo despumat sanguinis ostrum
 Horreo, dum floræ figo per arva gradum.
 Illinc, quâ pingues tolluntur in æthera olivæ,
 Exhibet & vernus grata theatra decor.
 Vix oculis credo ipse meis, an fallit imago
 Lumina! num verè sanguine terra madet!
 Currite perque sinus, per & ora, genasq; quere læta
 Volvere præcipiti lachryma missa vado.
 Te video, sed quis Tyrio te murice tinxit:
 Lacteq; candidior, candidiorque nive!
 Quis rubor afflavit niveæ cervicis honorem!
 Et tulit è tenero tempore lactis opes!
 Ecce coronatâ flammis formosior æthrâ,
 Pulchrior & nitidis sidere, phæbe rotis:
 Illa Dei soboles, æternaque Patris imago,
 Quàm scelus humanum traxit ab axe Pòli.
 Cui Phœbus radios argentum Delia cessit,
 Atque jubar stellæ; murice labra rubent.
 At nunc cessit ebur, frontis cecidère pyropi,
 Atque aurora suum sustulit ore decus.

Nec

Nec species, nec forma tui est, quis Xeuixis acerbo
 Muricis abscondit candida membra color!
 Labra coloravit quis tantus sanguinis ardor;
 Omnis ut à patulo vulnere vena fluat?
 Qualis ubi Gangis revoluto littore Titan
 Aureus Eôo punicat igne polus;
 Ambiguanque diem præfert prænuntius imber
 Stat rubor, & largas æthere mittit aquas:
 Sic, tua sanguineis dum stillant corpora rivis
 Purpurat è venis omnia membra cruor.
 Purpuree ô quis Christe color? quis Sirius ignis
 Afflavit? flammæ Cypridis orbis habet:
 Idaliasque puer tædas ardoribus auxit;
 Hæc tibi flamma dedit membra rigare tua.
 Sanguineo nimbo, scelerum quo tolleret æstus
 Nostros, & Cyprium sopiat unda rogam.
 Rore fluunt nubes: benè nunc sperate coloni;
 Credite sulcato femina lorga solo.
 Qui riget, imber adest, attrato corpore Memnon
 Gaudeat, & vultûs firmata nigra lavet.
 Quotquot & infames traxistis pectora labe,
 Virgineæ mentis balnea Christus habet.
 Nunc roseû reparate decus, vos pulchrior auro,
 Candidior niveâ fronte columba lavat.
 Irrigat effuso florentia prata colore,
 Ut nostro scelerum corpore forma fluat.

E s

Et

Et sudat, trepidatque tibi, tibi primus Olympum
 Invocat, atque subit fata cruenta tibi.

Christus sudans sanguinem ad peccatorem.

Non mireris homo stillantes corpore rivos,
 Decurrens pretium gutta salutis habet.
 Ut sic mundatus sudato sanguinis imbre
 Sanguine Divino coelicus esset homo.

§. II.

DOLOR SECUNDUS.

Proponit Christum inter vincula pro
 peccatis nostris.

Ferrea conditio non noxia brachia stringis
 Heu mihi, quos gemitus flebilis arbor alit
 Heu paradyfiacæ miserabilis umbra voluptæ!
 Heu mihi! quas clades tristior umbra parat
 Sidera credetis! libertas vendita pomo est!
 Heu mihi! quàm rigido culpa luenda jugo!
 Sæva manû! quæ prima manû contingere ram
 Ausa fuit, vetitâ carpere fronde necem.
 Vix benè nata perit, primo pax occidit ortu,
 Et rapuit pueros Parca cruenta jocos.

Ah utinam primo Pomona ruiſſet ab auctro!
 Aut fuerit morſu, vipera, roſa tuo.
 Ah utinam clinguis reſiſſet ab arbore ſerpens!
 Ah utinam nulli vox tua nota foret!
 Flebilis autumnus! quæ te ſera bruma diremit!
 Quàm celeres hyemes vix bene natus habes.
 Sic cadit in gemitus primo data ſole voluptas,
 Et pereunt venis gaudia nata ſuis.
 Sed magis ô nullus tetigiſſet poma lacertus:
 Qualia non cautus damna lacertus alit.
 Ah deplorandæ fatalia brachia frondes,
 Heu mihi! quot ramis vincula nata tuis!

Chriſtus ad peccatorem.

Ah dolor immitis! pondus ferale catenæ!
 Quas nimum duræ ſtringitis ære manus!
 Quid facies hoſti, qui compede nectis amantem!
 An facit ad plauſus dura catena tuos!
 Ah nimis atrocis crudelia pondera ferri!
 Demite ab immerito texta cruenta ſinu.
 Quid meruit Pietas! niſi quod ſapienter amavit:
 Hæc referat flammæ præmia digna ſuæ?
 Crudeles Solymæ! ſi virtus ære liganda eſt!
 Quæ veſtrum rediment ære parata ſcelus?
 Dura licet fuerint, primis aſſuevimus annis,
 Vix genitus manibus vincula ferre meis.

Con.

Conscia Bethlemij testor præsepia tecti,
 Et testor lecto stramina strata meo.
 Nexibus inferui, quo liber viveret orbis,
 Hospes Idumæus brachia parva puer.
 Non etenim invito rapiunt me vincula nodo
 Laturò leve fit, quod bene fertur onus.
 Non est hic primus, qui stringit brachia nexus:
 Sunt mea compedibus brachia nata tuis.
 Qui prior ausus erat geniti constringere palmas,
 Sub gelido Bethles fornice, strinxit amor.
 Ah nisi strinxissent puerilia fascia membra;
 Non foret excusso libera terra iugo,
 Vivet inextincto libertas reddita Phœbo,
 Cùm tulerit nexus dextera nostra tuos.

§. III.

DOLOR III.

Proponit Christum pro peccatoribus
 inter flagella.

Non decuere tamē rigidi tua brachia nexus:
 Debueras manibus stringere corda tuis;
 Aurea debueras jaculari tela Cupido:
 O quot delicias melleus arcus habet!
 Sed jubet immoti fortuna potentior astri,
 Obssequiosa manus pondera texta ferat.

Nec

Nec non morte lues alienæ crimina culpæ,
 Atque unum toto corpore vulnus eris.
 Hic benè discemus; quot sunt in amore dolores,
 Dum tanto sævit vulnere vulnus amor.
 Enimmane scelus! nudum, totisq; trementem
 Artibus adstringunt, injiciuntque flagra.
 Sanguine tinctæ nihil species! nil saucia flagris
 Corpora purpureo sanguine plena movent.
 Nil potuit toties, & per tot vulnera manans
 Sanguis eis aliquâ parte levare sitim:
 Castaq; membra tremens adstat nudatq; amictu;
 Plusq; pudor membra, ac flagra dolore ferit.
 Ah satis è poenæ! furor impie quando remittes!
 Amplior annè potest tot gradus esse malis!
 Sed furor! ô rabies! geminantur in ictibus ictus;
 Sanguine te pascit, supplicijsque furor.
 Membra cadunt, laceriq; artus corpusq; fatiscit,
 Deficiunt nervi, deficiuntque pedes.
 Sancta Dei facies madet undiq; sanguine plena,
 Candida nil nivei forma decoris habet.
 Nec membris species: unū sunt omnia vulnus.
 Saucia stant sævis ossa resecta flagris.
 Heu! qualem aspicio! mutati gratia vultûs
 Formosum, & niveæ frontis abivit ebur.
 Heu qualem aspicio! vix te jam noscere possem,
 Nec fuerit fronti cognita forma tuæ!

Hoc

Hoc primæ meruere manus, has primus in ira
Elicuit cædis nescia tela parens.

Quæ primus meruit, luit ipsâ morte secundus
Innocuasq; premet posthuma pœna manus

Christus ad Peccatorem.

Non equidẽ merui, nec mens rea criminis urget
Hæres supplicij, quod tulit alter, ero.

Promptus in extremum, feralia vulnera, lethum
Promptus in immeritæ funera mortis eo.

§. IV.

DOLOR IV.

Proponit Christum spineo ferto coronatum
pro Peccatoribus.

AH paradisiacæ malè amata superbia frondis
Dum placuit, rapuit proditor anguis apes,
Ah ferale nemus! feralia lustra voluptæ!

Quàm male ferales explicuere comas!
Nulla utinam vestris sub ramis flora stetit;
Nullaque divitias concinuisset avis.

Pulchro verè quidẽ viruit pulcherrimus hortus
Millenasque tulit verna volupta rosas.

Et stetit autumno formosus divite ramus
Crispavit teneras Æolus ore comas,

Sed nimis in damnum formosa superbia veris
 Heu mihi! quot sparsit fulmina verna charis!
 Unica frons malo, malè tractum perdidit orbem
 Unica frons titulos mille necesque tulit.
 Elysijs arbor si non crevisset in umbris,
 Viveret innubes terra beata dies.
 Una magis si non tam prodiga dèxtra fuisset,
 Non foret æterno fulmine strata salus.
 Dextera crudelis, breve ver, malè faustaq; Flora,
 O utinam nullo visa parente fores!
 In tribulos abière rosæ, mea Flora recessit,
 Et rapuit vernas turbo gelatus aquas!
 O tribuli! vos vepre caput vos sente capillos,
 Et niveum telo vos violatis ebur.
 Heu vepres! tristi vepres temerarius ictu
 Ferali Divum conficis ense caput.
 Prima rubos quæ Flora dedit, per tempora veris,
 Non florum mater, Flora noverca fuit.
 Non erat his vepriū cingendus veprib; Author;
 Non fuerat tantis spina parata comis.
 Cingite, sed fontes Palinuri cingite crines,
 Qui meruit dignus vulnera crinis habet.
 Horrida Flora vepres, & amaras squalida sentes
 Cur fers in rosèas facta tyranna comas!
 Scilicet è spolijs scelerum spina una remansit,
 Cùm raperet Tyriaslæna volupta rosas.

Quàm

Quàm malè floruerat noster diademate vertex
 Quàm malè disposuit Flora scelesti rofas ;
 Triste coronarum pondus! fors mæsta jocosum
 Vindice quanta rubo ver breve sternit hyems
 Qui placuère priùs compensant gaudia flores
 Durus, & in cladem provocat arma rubus
 Spina meæ testis rigidissima spina ruinæ,
 Cùm foderet vindex pectora læsa vepres.
 Has ego funereo plantavi semine spinas,
 Hic rubus à nostrâ crevit in orbe manû.
 Infelix nimiùm lachrymoso vere colonus,
 Floribus absumptis tela rubosque tuli.
 Hic superest de flore rubus, Charis ultima Floram
 Abstulit, & rigido terruit ense nemus.
 Hi scelerum fructus, hæc dona novissima veris
 Quàm parit hostiles ficta volupta dolos.
 Et nunc implicitis liberrima gaudia telis
 Stringit in insontem Chloris acuta rubos.
 Scilicet ut fieret damnato mollior ictus,
 Sustinet innocuo spicula crine Deus.
 In fontes tribuli non noxia spicula dumi.
 Vos tamen in vitam stringitis arma meam
 O tribuli! ô rigidi, spinarum examina, sentes
 Spicula temporibus spicula grata meis.
 Parcite spinosæ protendere cuspidis iram,
 Parcite, & in nocuas vertite tela manus.

Me, me, qui feci, testor, nihil ipse, nec ausus,
 Nec potuit, nimius sit nisi crimen amor.
 Tendo comas, & tendo Sinus, quid vulnera dis-
 Spina cruentato nobilitata Deo. (fers,
 Non timeo vestros gratissima dona furores,
 Vulneribus tantis tempora prompta gero.
 Vos ego, vos faciles in amantis vulnera dumos
 Invoco nectareo vulnera facta rubo!
 Ecce patet vertex spinarum fonte theatrum
 Totque fluat dumis, quot stetit ante comis.
 Non paveo spinas, nec quem, dat spina dolorem,
 Ni doleat, nomen perdit amoris, amor.
 Tot mihi sint fontes, quod erunt mihi vulnera,
 (lympha
 Non erit unda mihi, sed cruor unda mea est.
 Et Galatea novâ diffundam Doride vultus,
 Dum meus extremis luctibus Acis obit.
 Vulnera non ego vos, non dicam vulnera, plagas
 Non ego vos dicam, non facit illa dolor.
 Vulnera quot faciet, totidem facit illa fenestras,
 His dolor ex imo plangere corde queat.
 Vosego, si placeat, posthac non vulnera dicam,
 Vulnera quot totidem fecerit ora rubus.
 His fluat eloquium, dum plurima flumine vena
 Tempora per roseum sanguine curret iter.
 Et dolor orator facundo vepre perorat,
 Deque cruentatis verba diserta labris.

F

Au-

Auditor mihi Phoebus erit, tellusq; polusque,
 Et quæ nocturnis Cynthia surgit aquis,
 Audiat attonito stellarum regia vultu,
 Et referet plausus spina diserta novos.

Christus ad peccatorem.

Promptus & in tribulos, & acutæ verbera dextræ
 Floreat ut mundus spinea tela feram.
 Pungito spina caput, ne crimina pungat averna
 Et mea, dum redimam, tempora dumus arcæ

§. V.

DOLOR QUINTUS.

Proponit Christum totum cruentatum
 cum voce ECCE HOMO ad pecca-
 torem.

TEnè ego, nec movear, videam Rex sanctorum
 dolorum!

Corpore de toto membra cruenta tibi!
 Deque tuis oculis videam super ora cadentes
 Sanguineas lachrymas, contineamque meæ
 Ecce homo, peccator! te quantum JESUS amavit
 Ut vivas, moritur: sanguine manat amor.

Ecc

Ecce homo, quā cœli gaudebant cernere formā.

Vulnere ab innumero forma nec umbra sui est.

Heu qualem aspicio! quantū es mutatus ab illo!

Aspicio, & superest vix levis umbra tui.

Non erat hæc nuper Thaboræi scena theatri,

Cū vestem imbuerent forma, decorq; nive.

Non erat hæc species, cū vivi opulentia solis

Fusā per herōæ frontis ovaret ebur.

Heu malè mutatæ funesta tragædia scenæ!

Heu quod dissimili terra decore nites!

Non roseis stat prima genis aurora, nec astro,

Gratia sidonio suavis in ore sedet.

Non radiat cervix crinisque plicabilis auro,

Condita funereâ sidera nocte latent.

Blanda supercilio clementi extinguitur Iris,

Quæque stetit niveis purpura mixta rosis.

Occidit oris honor, majestas regia vultûs,

Forma verecundo picta rubore genas.

Lingua silet Verbi, silet alta potentia linguæ

Oris, & enecti fulmina fracta jacent.

Frontē obit horrificis textū intractabile dumis,

Sævit in Authoris spina cruenta caput.

Vulnere corpus hiat, lacerum sine viribus adstat

An dicam potiùs, corporis umbra tui. (get!

Ah satis est pœnæ! quod adhuc furor amplius ur-

Uterior nè potest his gradus esse malis!

Vulnera vos nihil hæc, nil vos lacerata flagellis
 Corpora ! nil spinis tempora læsa movent !
 Ah satis est pœnæ ! satis est junxisse dolorum !
 Innocuus patitur, crimina nostra luit.
 En ego peccavi, non me pudet ista fateri ;
 Ecce locum veniæ vulnere pandit amor.

Christus ad Peccatorem.

Ecce homo cruentatum
 In flagella JESUM datum !
 Ecce spinis subditum !
 Ecce homo corpus totum !
 A cruoris undis lotum !
 Ecce totum faucium !
 Ecce, homo, vim amoris !
 Cor contritum vi doloris
 Hoc repone præmium !



§. V

§. VI.

DOLOR SEXTUS.

Proponit Christum innocenter pro peccatoribus ad mortem damnatum, & ad Golgotheos clivos properantem cum cruce.

AH dolor indigno damnatur Judice virtus,
 Proscriptâq; gemit prodita lance Themis.
 Ah nullum reperit justissima causa patronum,
 Et pictas turpi Judice læsa cadit.
 Quàm meruit servus, persolvit Filius iram
 Serviliq; parat libera colla jugo.
 Nulla palæstinas tetigit clementia tures,
 Intorsit totas torva Megæra faces;
 Sic rea fit Pietas, quando furor arma ministrat,
 Heu mihi! quas lances triste tribunal habet!
 Jura scelus versat, fert inclementia leges,
 Hic reus es, quisquis visus es, esse nocens.
 Ah sequere! immanis quò te vocat aura dolorū,
 En patet in poenas Golgotha calva tuas.
 Golgothei tumuli referant ferale theatrum,
 Strataq; funeribus semita pandit iter.

F 3

Ah

Ah paradisiacæ malè culta colonia terræ!
 Delicijs perijt dextera lusa tuis!
 Primus Adam cecidit formoso perditus horto
 Alter Golgotheo pegmate mortis erit.
 Primus in Elysios audax procurrere ramos,
 Perdidit incautâ postera fata manu.
 Alter inornatus qua squallet funere vertex
 Perfidiam primi vindice morte luet.
 Primus amat flores, & amæni pignora veris,
 Sed magis autumnî flebile pignus amat.
 Alter amat tribulos, & acerbæ vulnera spinæ,
 Dumque vepres, primi vulnera sanat, amat
 Primus ab aligeræ proscriptus fulmine dextræ
 Exul in ignotæ pellitur arva plagæ.
 Alter ab ætherio sub amica silentia lunæ,
 Ut redimat lapsum, limine lapsus adest.
 Primus inhumanâ cœlestia lumina dextrâ
 Cluserat æterno non referanda die.
 Alter ut æratirecluderet ostia, cœli
 Fert humeris clavim, claviger ipse, crucis.
 Heu! quam dissimili volvuntur stamina fuso
 Ah! quàm dissimiles primus, & alter Adam
 Primus Adâ cecidit, ceciditq; secundus in horto
 Nec caruit fato casus uterque suo.
 Ut perimat, mortē præcerpsit ab arbore primus
 Materies mortis malus amæna fuit.

Heu

Heu! quantum nocuit pomona revulsa parenti.
O quantum crucifer profuit alter Adam.

Christus ad Peccatorem.

Hoc ego damnosum pensabo pondere malum;
Hoc pretio mortis nomina pendet amor.

§. VII.

DOLOR SEPTIMUS.

Proponit Christum in Cruce expiran-
tem pro Peccatoribus.

Ultima nobilium dilectaq; scena dolorum,
Quo meus extremo funere plangit amor.
Et genitus lachrymans, moriens dat sanguinis
undas.

Et niveo, & roseo perpluit imbre sinus.
Et redimit lachrymis, redimit quoque fonte
cruoris.

Profuit & fluctu sanguis, & unda suo.
Attamen extremis crux vitam suscipit ulnis,
Inter & amplexus mortua vita crucis.

Non tantum nocuit fatalis frondibus arbor,
Quâ malum infelix triste pependit onus:

Afflictis quantum lætissima profuit arbor,
 Et reperit medicum faucibus plaga suum.
 Quàm nocuit verno, dum cresceret arbor
 horto,
 Noxius ah! fructus dum raperetur, erat.
 Profuit exanimi, dum sistitur arbor in umbra,
 Funerique tenet pallida saxa jugi.
 Aurea crux propior morituri limes amoris,
 Te teneo, amplexu brachia junge meo.
 Non grave pondus ero, si fiam pondus amoris
 Quò mea colla premes, quã leve pondus erit
 Stringe manus, & stringe sinus: crux stringe vo-
 lentem,
 Crux desiderijs scena parata meis.
 Suave quiescentis suavissime lectule vitæ,
 In tua crux hæres brachia scriptus eo.
 Te ne thronum dicam! quem purpura sanguinis
 pingit
 Rex meus hoc dictat jura suprema throno.
 Te ne vocem thalamum! quem Chloris floribus
 coronat,
 Prælia post thalamo dulce quiescit amor.
 Te volucrum dicam Iusuri Numinis arcum,
 Hoc posita est arcu blanda sagitta Deus
 Exulibus missam te posthac dixero scalam,
 Hæc celer inscendit sidera clausa latro.

Mel

Mellifluam dicam te crux aptata sagittam,
 Vulnera si facias, vulnera grata facis.
 Te posthac dicam mihi centrum nobile cordis,
 Huc ferar, & nullâ lege ruentis agar.
 Nulla quies, nisi chara tuis crux figar in ulnis:
 Ni tua speratas præbeat ulna lares.

Christus ad Peccatorem.

O vos Benigna, Amore digna
 Salutis almæ tempora!
 Ah me tenete! me sustinete!
 Ut fida cordis viscera.
 Vos diligemus, quoad trahemus
 Vitæ fluentis spiritum:
 O crux! decora salutis hora!
 Hoc redde, ne sit irritum.



F 5

PARS

PARS TERTIA.

Respondet Genius Augustin
binis Amoris, & Pænitentiae, alijs-
que compassionis affectibus se Cruci-
fixo donans.

SENTENTIA.

*Aspice mitissime Conditor dilectæ sobolis hu-
militatem, & miserere super infirmi pla-
smatis debilitatem, candet nudum pectus,
rubeat cruentum latus, tensa movent vi-
scera, decora languent lumina, Regia pal-
lent ora, lacerata pendent membra, con-
spicere DEI hominis poenam, & relaxa-
conditi hominis miseriam, vide Redem-
ptoris supplicium, & redempti dimitte
delictum. Med. c. 6.*

tin
ijs-

s hu
pla
Et
t vi
pal
con
laxa
dem
itte

. I.

III

X



Dant vulnera vulnus.



Stigmata Domini Iesv


in corpore meo porto. ad. Gal. 6.

Frantz Mairberger del.

Johan Georg Schickler. sculp.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



§. I.

Affectus primus Pœnitentiæ.

ERgo ego nō timui tantum violare Parentē!
 Sæva vel in sumum vulnera ferre Deum!

Ergo ego Divinos potui lacerare lacertos!

Nec Dominum plagæ dedecuerē meæ!

Heu! ego peccavi Divum fundendo cruorem,

Heu! ego peccatis vulnera tanta dedi.

Cur mihi non demens! cur non mihi barbara
 dixit;

(Ipsa nihil) vultu lingua retenta gravi est:

Sed taciti stimulare tamen verecundia vultus

Egit me lachrymis, ore silente, reum.

Ah prius in caput hoc impacta Sarissa fuisset!

Utilius poteram parte carere mei.

In mea vesanas habui dispendia vires,

Et potui pœnam fortis inire meam!

An, si læsifsem minimum de plebe quiritem,

Plecterer! in Dominum jus mihi majus erit?

Isarioth scelerū monumenta nefanda reliquit:

Ille Deum primus prodidit, alter ego.

Et minùs ille nocens, per tot meæ crimina mille

Christum damnavi mortibus, ille semel.

Ah

Nec puduit sacros vitijs lacerare capillos,
 Nec puduit Dominas ungue notare genas
 At me nec puduit toties crucifigere Christum
 Nec puduit Divum convitiare Caput!
 Ille semel tantum judææ prodidit iræ.
 Et puduit proprias cæde notâsse manus;
 Ah melius cæci damnatus rupibus antri
 Finissem proprios ad mala tanta dies.
 Threjicio melius cecidissem faucibus ictu,
 Cessissemque atræ debita præda stygi.
 Sed furor abripuit, rapuit malè suada voluptas
 Cæcaque me prædam fecerat ira suam.
 Ut rapit in præceps Dominum, spumantia frustra
 Fræna retentantem, durior oris equus:
 Ut subitus prope jam pressâ tellure carinam
 Tangentem portus ventus in alta rapit:
 Sic me sæpè rapit malè sani turbinis aura,
 Et redeo ad celeres, crimina nota, vias.
 Nunc ego me tandem cæpi sentire nocentem
 Ingenio perij, qui miser ipse meo.
 Jam pudet! ite procul rabies, & acerba voluptas
 Numina cultori perniciofa suo.
 Devictus notam repetat gladiator arenam;
 Inque feras redeat naufraga puppis aquas:
 Non ego delicias celeres, nec acerba resumam
 Castra voluptatis; vulnera sæva Dei.

Tu mihi, Christe, animum posthac revocabis ab
 Advolviq̄ tuo me patiēre pedi. (illis;
 Nec formidantē lachrymis, flectuq̄; madentem
 Amplius à genibus Christe repellētis.
 Ite oculi in lachrymas, lachrymas ne despice
 Christe!

Qui mihi in auxiliū tendis utramq̄; manum.
 Vulnere pectus hiat, lacerū est sine corpore cor-
 Hanc inflixerunt crimina nostra necem. (pus:
 Sic dum læsus obis, tua sit suprema voluntas,
 Hæres poenarum sim quoque Christe tuus.
 Tendo manus, Christe hæredē me scribe dolorū,
 In pretio mihi erunt hæc tua, Christe mala.
 Virgarum fascēs, infamis latro, Senatus,
 Quæq̄que per exanimū purpura corpus abit.
 Crux solium, diadema rubi, spectabile Regni
 Indiciū clavi, regia montis apex.
 Hæc quoque diligimus; liceat succedere spinis;
 His eget in stimulos desidiosa caro.
 Diligimus clavos; liceat succedere clavis,
 In cruce quæis tecum nobile figar onus.
 Annuis in pectus reclini vertice, Christe,
 Protensis palmis annuis; & moreris.
 Legatis succedo bonis: crux aurea salve!
 In tua crux hæres brachia scriptus eo.
 Te super occubuit diffusis vita lacertis;
 Te super inserto corde quietus agam.

§. II.

§. II.

Affectus secundus Amoris erga Crucem
fixum, sui que totius oblationis.

A Urea crux passi, crux lectule dure, Tonantem
Nobile sopiti funus amoris habes. (da
Et genitus lachrymas moriens dat sanguinis unguentum
Et niveo, & roseo perpluit imbri sinus.
Exoptata mihi toties, & amabilis ornus!
In tua crux hæres brachia scriptus eo.
Pignus habes vitæ, quis rupes crederet inter
Delicias vitæ posse latere meæ?
Hoc super insomnes clivo, noctesque diesque
Excubias vigili lumina fidus agam.
Hac statione vigil te nostræ gaudia vitæ
Nocte tenebo vigil, luce tenebo vigil.
Nō mea Bethlemios jam quærunt vota penatibus
Natus ubi rigido stramine fleuit amor.
Fascia non ultra constringit parva lacertos,
Nec referat gelidos vile mapale lares.
Dum tener in vestra vagiret Pusio bruma
Quam mihi Bethlemiae chara caverna spectabat
Jam pretiosa suis rapuit me Golgotha saxis,
Et rapuere animum tristibus antra jugis.

Tesque

Tesqua cadavereis albentia saxa sepulchris!
 Num vestro poterat limine vita mori?
 Aspera saxa quidē, sed amica cacumina mortis,
 Saxa semiramia chloride grata magis.
 Digna coli lachrymis, redimiri digna rosetis
 O juga milleno fidere digna coli.
 Golgotha te video, pretiosi scena doloris!
 Golgothei quantum profuit ora jugi.
 Nulla quidē vestras diffunditur umbra per oras,
 Nec Dryas ambrosiā digerit ossa manu.
 Quā facies inamēna jugi, quod squalida vestras
 Obsidet ô tumuli! mortis imago lares!
 Nulla sepulchrales pomona perambulat ædes,
 Et procul hinc celeris mellea penna Noti.
 Attamen his legitur mea vita recondita saxis,
 Leniter & nivea rupe quiescit amor.
 Quā facies speciosa jugi, quod vita coronat,
 Quanta cadavereus gaudia clivus alit!
 Justitiæ Titan vestris procumbit in antris,
 Culmina passuri culmina grata Dei.
 Non ego vos posthac libitinæ dixero clivum;
 Albet ubi niveis ossa pompa thoris,
 Non ego vos dicam funesta cubilia mortis,
 Tristis ubi extremâ Parca recumbat humo.
 Non ego vos dicam lachrymosa theatra dolorū,
 Quā tegit exanimes squalida tumba sinus:
 Non

Non ego funereas vos posthac dixero rupes,
 Quà rigeant mæstis funera sparsa vijs.
 Vos ego Lucinæ credam cunabula, vitam,
 Sit moritura licèt, culmina vestra dabunt.
 Vos ego depingam rediviva rosaria solis
 Occiduis vestro Sol redit ore jugi.
 Vos ego describam speciosa palatia vitæ,
 Illo, quo moritur, vita renata jugo est.
 Vos ego grande canam devictâ morte theatrum
 Quod roseis teneat gressibus actor amor.
 Quæsitum toties, & amabile culmen amanti
 O desiderijs scena parata meis!
 Accedo propius gratissima limina vitæ,
 Ecce manum, amplexu brachia junge meo
 Golgothei Dryades me pallida Golgotha
 Rupe sub hac posthac incola tutus agam.
 Et dum me stringit redivivum, vita lacertis
 E cruce, jungo meum cor, crucis hospes et



§. III.

AFFECTUS TERTIUS.

Genius Augustini Christi doloribus pe-
tit præ Ainore commori.

Golgotha! præruptis asperrima Golgotha sa-
xis,

Tot mihi sunt planctus, quot tibi tesqua jacent!
Currite perq; sinus, per & ora, genasq; querelæ,
Volvere præcipiti lacryma missa vado.

Te video, quis crudeli te murice pinxit?

Qui prius antebas, candide Christe, nives.

Quis rubor in vultu niveum tibi læsit honorem!

Quis tulit è tenero tempore lactis opes?

Golgotha, Golgotha, materies nova lamentorū,

Prò! quanto laceras nobile vepre caput?

Credideram nostram tibi Pignus nobile vitam;

Verùm nostra tuis vita perempta jugis.

Quis juga sic Stygio vos barbarus ore tyrannus

Impiat, & vestros inquinat hoste lares?

O juga! prærupto quæ tangitis astra theatro,

Credebam in vestro est vertice tuta quies.

Cynthia amat montes, & amant hominesq; Diq;

Montes res Superis deliciofa fuit.

G

Dis

Dis nihil in montes Circaëque pabula possunt
 Et nihil Alecto Tisiphoneque potest.
 Phœbus amat Pindū, sua Mænala Cynthia ste-
 Præfert, Idæum Cypria culmen amat,
 Trinacris Ætna placet Cereri volucerq; Chim-
 Bellerophon, Clarium laudat Apollo nem-
 Ter tria Parnassi sua culmina Numina calcant
 Vatis illa suis culmina grata lares.
 Jupiter aërium requiem sibi figit Olympum,
 Cùm triplici pavidas terruit igne domos.
 Nescio, quæ Charites, quæ gaudia montibus in-
 Montibus Hyblææ mellificatis apes.
 Dives ab Eoi dum surgit Memnonis auro,
 Primus Olympe tuum Sol notat igne iugum
 Purior, & nullis temeratus nubibus, aër,
 Quæ montis superat culmina, flare solet.
 Deliciosa Dijs, & res gratissima mons est,
 Numina amant mōtes, culmina mundū am-
 At mihi, qui reliquis lætæ dedit otia pacis,
 Mons solet extremo corda ferire rubo.
 Nulla quies montes inter, collesque dolori,
 Quæ magê præruptus, mons magis aptus et
 Monte super Galatea suum dolet Acida cæsu
 Monte super grandi vulnus Adonis habes.
 Argus in Æmonios agitaverat Isida colles;
 Et tua nata, Ceres, culmine rapta fuit.

Mōt

Monte super gelidos posuit Tyrinthius artus,
 Monte super validus pertulit astra Gigas.
 O mons feralis ! mons scena novissima planctus!
 Nulla fides monti, gaudia nulla jugis.
 Tu mihi lethali vitam velamine condis,
 Et mille exacuis per mea fata rubos.
 Te super exanimes profuso sanguine vultus,
 Pandit & arentes morte jubente genas.
 Pandit purpurea, at jã jã propè mortua planctu
 Labra Deus, nostræ labra parata siti.
 Ille quidem tenero restagnat fonte cruoris,
 Perque genas mittit flumina, perque sinus.
 Multa tulit Solyma, quã Lydo pegmata surgunt,
 Inter & hortorum gaudia, multa tulit.
 Nec renovò veteres tristissima vulnera clades,
 Vulnera magna dolor, dum renovatur, habet.
 Attamè, heu meminì quã tollis Golgotha rupes,
 Vita mea extremis cladibus occubuit.
 Occubuit mea vita ! diem quid Cynthia ducis ?
 Et vertis roseas picta per astra rotas ?
 Dum mea vita cadit, tumulum signate cadenti,
 Meque unà, precor hoc, contumulate juga.
 Quid tumulū in clamo ? tumulū crux alma para-
 Antea crux vitæ lectule grate meæ ! (bit :
 Te super occubuit distentus corpore Christus,
 Te super immoriar, corda dolore ruant.

§. IV.

AFFECTUS QUARTUS.

Genius Augustini inter Dolores Crucifixi Jesu repræsentat sibi, & contemplatur Dolores stantis sub Cruce Beatissimæ DEI Genitricis Mariæ.

Affectus Matris Dolorosæ sub Cruce ad Filium.

Nate cruentato sublimis ab arbore vultu
 Suspice Maternos, quæis natat unda, sine
 Suspice, quàm rigidâ damnarunt sorte dolor
 Heu! immane dolor pectore vulnus alit.
Qualiter æquoreis pinus lassata procellis
 Sorbetur, tremulam jacta dat unda necent.
 Pelicam quamvis puppis vectura Magistrum
 Dū ruit in scopulos, membra dat hausta ma
 Nulla fides pelago, quo lusit in æquore, eode
 Mergitur, Æolidum dum furit ira, ratis.
 Sic mea ferali quatiuntur corda tumultu,
 Et trahor immani læsa dolore fibris.
 Heu mihi! quas furias? quos fert dolor anxi? igne
 Quas parat insidias? quæ parat arma dolor

Corda trahit, quæ Golgotheæ stant marmora
rupis,

Vepre coronatum culmen in astra ferunt.

Nescio, quis tacito mihi porrigit impete dextras,

Et rapit in vestri Golgotha tesqua jugi.

His ego sub saxis mea plangam vulnera, planctū,

Si tristi resonent murmure, saxa dabunt.

Et sine voce dabit mihi planctum flebilis Echo,

Elinguis medio dum solet ore loqui:

Has quoties rupes lugubri videro vultu,

Quas meus affuso Filius imbre rigat:

Quo vos ô rupes dignabor nomine? montem

Non ego vos posthac dixero, nolo jugum:

Aspera res mons est, & vastis horrida saxis.

Monte latent cædes, funera monte latent.

Sive vocem nostri suprema Palatia Nati:

In quibus ille suo sanguine pictor erat.

Sive tuas posthac adamantes dixero rupes,

Aut magè, si placeat, saxa pyropus erunt:

Sive vocem vernis depictum floribus hortum,

Flos campi in vestro Golgotha colle stetit.

Sive vocem posthac amplū tua saxa theatrum,

Non tamen hîc alius, quàm dolor, actor erit:

Ille meas clades, & aget sine fine querelas,

Et referet luctûs fata suprema mei:

Huic ego ferales committam pectoris æstus,
 Et dabo funesto publica verba sono.
 Lingua mihi calamus, color est, qui perpete m
 Et niveos pingit lacryma fonte sinus.
 Charta mihi mundus, qua scribã nostra dolor
 Vulnera, & exsangues in nova fata choros,
 Tristia dictabo lugubri carmina voto,
 Et dolor alterno conferet illa sono.
 Quis matrem vetuit lachrymari vulnera Nati
 Quæ deflere negat, non fuit illa parens.
 Cor patet in luctus, tragico dum robore fixi
 Aspicio Nati fata suprema mei.
 Nate cadis, totusne cadis? Matrine superstes
 Legatur vitæ portio nulla tuæ?
 Quis potior Genitrice tibi succederet hæres?
 Sat, tua vita mihi si data, dives ero.
 Annuis ad votum, quando cum vertice vitam
 Inclinans fundis Matris in ora tuæ.
 Sed quid erit Matri? sine te nec vivere possunt
 Si dederis vitam, te simul adde mihi.
 Aut tecum vivam, vel te sine vivere nolo,
 Et tua vita mea, & mors tua mors mea fit
 Quis me funestâ configat in arbore Nato,
 Et figat tragicæ viscera nostra cruci?
 Vos ego vos clavos in nostræ funera cladis
 Invoco, maternas perterebrate manus;

Perterebrate sinus, terebrate manusq; , pedesq;
 O tota à vestra cuspide fixa forem! (fers?
 Tendo manus, & pando sinus, quid vulnera dif-
 Parva licet fuerit, fit mora longa mihi.
 Nec timeo vestros gratissima dona dolores,
 Vulneribus magnis corda parata gero.
 Figite, & extremum pretiosâ morte cruorem,
 Quâ libet, ex imis extenuate fibris.
 Flumina diffundam: nâ sic amor exprimit undas,
 Quæ fluet, & simul hæc unda doloris erit. (pha
 Tot mihi erunt fontes, quot erunt vulnera: lym-
 Non erit unda mihi, sed cruor unda mea est.
 Vulnera nō ego vos compellem vulnera, plagas
 Non ego vos dicam, quas, dolor ipse, facis.
 Vulnera quot facies, tibi tot facis ipse fenestras,
 Quæis, dolor, ex imo plangere corde queas.
 Nam quid in arcano latitaret pectore luctus?
 Ille fugit latebras, ille theatra petit.
 Publica res dolor est, socios habuisse dolorum,
 Quisque cupit, cuius corda dolore gemunt.
 Vel magè si placeat posthac non vulnera dicam
 Vulnera, sed totidem feceris ora dolor:
 Nec dolor elinguis posthac, erit optimus ille
 Eloquij præses, verba diserta dabit.
 Et fluet eloquium; dum plurima flumine vena,
 Per corpus roseum sanguinis urget iter!

Et dolor orator mihi sit crux exedra Nate,
 His ego de rostris vulnera nostra gemam.
 Pro gestu lacrymas, pro motu murmura terra
 Sin hominum nequeat corda movere dolor
 Auditor mihi Phœbus erit, tellusque, polusque
 Et quæ nocturnis Cynthia surgit equis.
 Audiet attonito stellarum regia vultu,
 Meque perorantem de Cruce terra colet.
 O dolor ex imis mensura novissima luctus,
 Suffice verba dolor, te sine nolo loqui.
 Quid mea disfertis crudeles gaudia clavi?
 Quò minus hoc ligno nobile figar onus.
 Ah quoties, clavi, clamavi, figite Matrem.
 Figite Maternos in cruce, tendo, sinus.
 Crux mihi lectus erit, thaluminum Crux gratap
 rabit;
 Saucius in plumis non cubo Cygne tuis.
 Pulvinar mihi sit sertum, quod sentibus horret
 Ut velut armato perforet hoste caput.
 Non opus, ut tepidis illudat Morpheus umbris
 Nolo, tibi tepidum Phante papaver habe.
 Somnia finget amor, dolor ipse ministrat aman
 Somnia, dum varias fertque; refertque vice
 Annue Nate preci, Maternis annue votis;
 Restat enim voti Crux tua scena mei.

Bethlemio quondam cunas tibi stramine stravi;
 Tu Matrigratum de Cruce cede thorum.

§. V.

Hos inter Affectus Genius Augustini
 delictorum juventutis suæ memor, asylum &
 refugium apud eandem Divam sub Cruce
 Misericordiæ Matrem quarit.

O Mea quàm varijs rapitur fortuna procellis!
 O mea quàm dubio marmore vita natat!
 Ceu ratis insanis trahor hinc, trahor inde pro-
 Ut pila ludentis pulsa, repulsa manu. (cellis:
 Non sic dum prædam Phryxæi velleris egit
 Jason, fulmineis frenduit unda minis.
 Cum pelago surrexit hyems, & aquosus Orion,
 Hyppotadæque cohors incubuere salo.
 En polꝰ omnis abit, tumulant Hyperiona nubes,
 Et sepelit tenebris nox violenta diem.
 Nusquam Phœbeæ collucent lampadis ignes,
 Condit & ipsa suas invida luna faces:
 Urgeor æternâ circum caligine septus,
 Quique micant ignes, fulminis igne micant:
 Fulminis igne micant ruptis è nubibus ignes,
 Et rotat iratus murmura rauca polus.

G 5 Nec

Nec satis in nostrā conjurant æquora mortem
 Æquora fulmineis æmula facta minis.
 Faucibus immanes allatrant undique Syrtes,
 Inde fremit Nereûs, Æolus inde fremit. (d
 Hinc latrat fera Scylla, vorax furit inde Chary
 Tethyos & rabies, Nereidumque, furor.
 Elevor alterno pavidus super æthera fluctu,
 Heu mihi! quæis agitur, cum furit unda, jug
 Alterno rapior, styge demergendus, hiatu;
 Heu mihi! quas aperit, dum cadit unda, spec
 Mille dies sine sole traho, sine sidere, & omnis
 Spiculat hora necem, denegat hora necem
 Scilicet hoc merui: nec quæ damnavit Olympu
 Crimina defendo, crimina plango mea.
 Si, quoties merui, Numen sua tela vibrâsset;
 Pridem essem Stygijs contumulatus aquis.
 Non ego vel socium, vel testem criminis ullu
 Arguo; sum socius, testis & ipse mei.
 Si Labyrinthæis errantem ambagibus undæ
 Ad tumidas cautes vela tulere ratem;
 Me rectore ratem allisit cautibus Auster,
 Me rectore vagæ diffiliere rates.
 O Utinam, saltem post tot discrimina rerum,
 Naufraga me tutâ prora reponat humo!
 Aut mihi post tæbras, Phariæ post nubila nocte
 Chara dieiferis ignibus astra micent!

Non ego vel geminos cœlestia sidera fratres,
 Vel peto Tyndareas in mea vota faces.
 Non ego septenos rutilantes Arcadas igne,
 Ut mea nocturno sidere vela regant.
 Vel regat afflictas Helice fulgore carinas,
 Carbasa quæ dubijs explicuere Notis.
 Sola Maria mihi da fausto sidere lucem,
 Et nox deterfa hoc sidere furva cadet.
 Mitia crispato colludent marmora fluctu,
 Et placidum clemens exeret ira fretum.
 Lata serenatis spirabit nubibus aura,
 Blanda virescentis Chloridos aura soror.
 Quæq; ratis pelagus non arte, sed impete sulcat,
 Quæ rapit ira sali, quæ rapit ira noti.
 Tuta leget tutos sine velo, & remige portus.
 Vecta tuæ rutilo sidere Virgo facis.
 Exere Virgo, tuas lucentes exere flammæ,
 Me solo nutu respice, tutus ero.
 Pœna quidem iusta est, nec me meruisse negabo;
 Summa tamen pœna est, displicuisse tibi.
 Sed solet ira tamen placabilis esse Deorum,
 Et de nube solet clarior ire dies.
 Vidi ego currentes pinus famulantibus Austris,
 Quas fera turbato merferat unda salo.
 Vidi ego pandentem ramos per inania quercû,
 Quæ tandem sævo fulmine strata fuit.

Crimina

Crimina si mea respicio, mitissima Mater,
 In te certa venit spes mihi, tutus ero.
 Ac velut horrendū miscentibus æquora ventis
 Non eadem est rabies, continuusque furor
 Sed modò turbatis equitant per Nerea pennis
 Imma evulsiros marmora sede putes;
 Et modò subsidunt, languescentsq; feruntur
 Vimque putes illos evomuisse suam:
 Pectore sic nostro fugiunt, redeuntq; timores
 Et modò magna subit spes, modò tota cadit
 Parce igitur Mater, nec Nominis inmemor huius
 Nati placandi spem mihi tolle tui
 Parce precor, Genitiq; faces, & spicula conde
 Nevé petant animam, quò miser inde ruat

§. VI.

AFFECTUS SEXTUS.

Genius Augustini sub symbolo Parnasi
 si, & Musarum valedicit omnibus vitæ huius
 voluptatibus, seque totum Crucifixi amoris
 devovet, cui morienti Epicedium
 accinit.

CYrrha vale, geminiq; vale mons ardue collis
 Quem toties nostri pulsavi pectinis auro;

Non me Pierij delectant culminis umbræ,
 Aonijque chori: dulcissima Numina, Musæ,
 Cedite, Castalij non posthac murmuris undis,
 Non Aganippæo (gratissima flumina vatum)
 Fonte levabo sitim; melior mihi culmine surgit
 Pindus; in æthereos porrecto vertice tractus
 Altior; O tanti mons Golgothâ scena doloris!
 Non ego te posthac, non dixero GolgothaCyr-
 rham,

Dixero te posthac Parnassum, dixero posthac;
 Quo meus infami letho confectus Apollo
 Occubuit, quem torva Stygis quondâ edita partu
 Impietas, tumidusq; furor mersere cruento
 Funere, & extremam rapuerunt corpore vitam.
 Hunc ego lugubri mulcebo carmine montem,
 Defunctumq; canam meliori carmine Phœbû,
 Quàm vestras cecini lauros, ceciniq; labores
 Pierides. Tibi plectra sonent, tibi fila tetendi
 Diversis variata modis, tibi Barbiton orno
 Christe super rigido distentus brachia ligno:
 Tu mihi Phœbus eris, mihi eris tu carminis au-
 thor.

Ergo Palæstinus, quo primos ducit in ortus
 Orbis in immanes potuit consurgere fastus,
 Et Phlegetonteis revocare paludibus iras.

Quas neque, fulmineas cum projicit æthere
 mortes
 Jupi.

Jupiter, & tumidas concussit Numine rupes
 Novit: An Ajacis revocati Dite furores?
 Et Stygijs Solymas furijs confudit Orestes?
 Terror ubique sonat vario temerarius ausu,
 Cæca dat arma furor: quis vestras Marte Phala

ges
 Armavit, voluitque truces Alcmaëonis iras,
 Tænario exundante lacu, quis quæritur hostis
 An vestras iterum tures evertere tentat,
 Atrox Antiochus! video, fert tela fatelles;
 Sanguineâ temulenta siti; suus ære rigescit
 Umbo, Palæstinis tumidus Gradivus in armis
 Hesperijs dum Phœbus aquis sua lumina cond
 Pernici properat gressu; concita juvenus
 Mille furit galeis, armat sua brachia ferro
 Hostiles meditata neces absque ordine favit.
 Gethsemani gratis quâ vernat floribus hortus
 Accelerat, densis succedunt castra manipulis:
 Arma micant, dubiæque inter confinia noct
 Incumbit facibus pubes: præit ipse cohortem
 Improbus ante alios funesto crimine Judas;
 Tænarium ducens agmen, præmissus ab Oro
 Parcite, non hostis, nō est, quem stringitis, host
 Mitior ille agno, mansueto lumine frontem,
 Et Charitum candore genas, sine crimine mort
 Innocuæque jubar vitæ, cui pectora virtus

Imbu

Imbuit, & teneri lactavit flore pudoris.
 Prima verecundæ cui vernant tempora vitæ.
 Scilicet infano dâni turgent pectora fluctu,
 Quo furor implevit stygius, sine laude fatiscit
 Virtus, innocui nullo stant pectore fascis,
 Quos furor, & cæco noctis quondam edita partu
 Impietas fontes credit, sic jura, fidemque
 Ablegat, nocuusque fuit, quicumque furori
 Esse nocens potuit, licet insons ille videri.
 Talis Idumæos furijs populata penates
 Sanguineis Styge nata flagris palmare Megæra
 Impiat igne scelus, lucefcunt corda veneno,
 Et vultu riget Impietas. Auditis? opacæ
 Imperium noctis per verna silentia florum
 Tænarium meditatur iter teterrima pubes,
 Dextra faces, & dextra scelus fert, dextra paratur
 Innocuum mēſſura caput, sonat æthere clangor;
 Et refugus ſua lora dies, ſua cornua Phœbe
 Reflexis avertit equis, elementa laborant.
 Terra ſuos tumulos avulſis ſaxa cavernis
 Dedignata nefas, non uno murmure rupit.
 Sol caput ocelluit, ne tanti criminis auſus
 Libaret vultu. Nudatus ab arbore Chriſtus
 Tempora mille rubis, terebratis vertice venis
 Lividus, effoſſusq; latus, plantasque, manusque,
 Et totus vulnus, quâ nutrit Golgotha mortem
 Prona


Prona laboranti propinans oscula terræ
 Emoritur, plagisque satur de pectoris imo
 Et niveum, Tyriumq; uno trahit impete flume
 Aspicias hæc Genitor, qui nutibus æthera torquet
 Aspicias, & pateris? Non dum concussa tritici
 Sidera mugitu volvunt incendia flammis,
 Tanarias ultura faces? non sulphure nimbus
 Vorticibus mundum piceis rapturus in ignes?
 Tartareas resera non uno fonte paludes,
 Cocytique picem, Lethææ flumina ripæ
 E Stygijs emitte plagis: ruat omnibus actus
 Supplicium Phlegeton non unâ morte daturus
 Non secus, ac quinas æquatisturribus urbes,
 Alta Gomorrhæo steterant quâ culmina fastu
 Pentapolisque suos icetabat in æthera muros,
 Fronte minax, scelerumq; ultrix immanibus
 Excidio tua dextra dedit! pluit ignibus aër;
 Ardentisque Polus spirabat flumina flammæ;
 Omnia fusurus congestis viribus ignis,
 Et cineri immiscens insani pegmata fastus;
 Aut tua si potuit, diffracto cardine nimbos,
 Ira per effusos ruptâ compage procellas
 Mittere, & undantes immani gurgite fluctus,
 Quâ patet æthra, suis despumavisse latebris
 Vindice quâ Nereô tumulares imbribus orbem
 Neptunamq; salo, furibundaque Doridos armis

In nostras armata neces, quid dextera pœnas
 Differat, & triplici cur non immurmurat igne
 Regia cœlorum, variâ per compita flammâ
 Per liquidum factura vias, ultura cadentis
 Fata Dei, Solymasque suo raptura furore,
 Centenâque gravis per nubila morte feratur?
 Audio commissos divulso margine montes
 Ejaculata jugis, immani pondera nisu
 Incertis saluisse vijs, Natura revulsas
 Ex imâ radice petras armavit in iras;
 Infandum stratura caput; si terra probrosam
 Dedignata necem saxis ultura tyrannos
 Culmina culminibus collesq; cacumine rumpit;
 Quid tua dextra faces? quid vindice dextera pœ-
 cessat in infames Solymæi criminis ausus, (nâ
 Exeruisse neces? Pendet super arbore natus:
 Et placido Genitor vultu suprema cadentis
 Funera dissimulat Nati? liventia circum
 Membra per exsanguis profuso sanguine venas
 Corpora funus habet: Quantum diversus ab illo
 Qui Thaboræa super radiatus culmine Phæbo
 Æmula sidereis radiatus tempora flammis
 Cum candore suo niveos antebat honores,
 Majestas trabeata genas, stellata pyropis
 Sidera nocturnæ famulantia sidera Divæ
 Insedère labris. Omnes pulcherrimus inter

H

Et

Et candore nives, roseumque decore rubore
 Antèibas splendore pari, cessisset Adonis,
 Cessissentque comæ, & dilectus Apolline vultu
 Endymeonque suæ pretiosus amore Dianæ
 Candida pullato texisset tempora peplo:
 Talis eras, sed fatali quis membra colore,
 Pallentesque genas, & pallida marmora frontis
 Et niveum cervicis ebur, quis sidera vultûs
 Obduxit, vetuitque tuis discurrere malis. (certè
 Formosam Charitum Triadem? quis Xeuxis
 Funere sidereæ deterfit fulgura frontis,
 Diripuitque nives collo, quis Ditis ab imis
 Æthereos rapuit crines? Heu sævus in iras
 Quis spinis tam molle caput, quis sentibus imis
 Verticis exanimat latebras non Persea Dictys
 Tam tragicâ comabat acû, sine lege jacentem
 Cæsariem; nitidos imitantem Hyperionis ignis
 Mille plicant tribuli, congestaque vulnera sentibus
 Ingeminant, textisque patet magna area plagis
 Talis obis: num totus obis? super arbore nobis
 Reliquias vitæ legans, supremaque amoris
 Spicula supremo moriens jacularis ab ore.



§. VII.

AFFECTUS ULTIMUS.

Genius Augustini in grati animi; & amoris testimonium in Cruce mortuo, & sepulto Jesu Epitaphium condit.

ANtra sepulchrali quæ surgitis antra cavernâ
 Vos mihi delictum condite rupe meum.
 Non moror, albenti quâ turges Golgotha clivo,
 Proh quantum nostri pignus amoris habes!
 Pignus habes vitæ, quis montes quæreret inter
 Delicias vitæ posse latere suæ.
 Attamē hîc mea vita sita est; quid spiritus ultrò
 Membra animare potes, mēbra fovere potes?
 Vita jacet, rigidoquæ jacet tumulata sub antro,
 Heu mihi! quos motus squallida saxa datis?
 Qualis ubi Hesperium lassato vertice pontum
 Sol subit, emerito dum dedit igne diem:
 Cum subitò atrato nox funestissima velo
 Nigra per obscurum differt ora polum.
 Et timor, atque dolor nocturnæ pignora Divæ,
 Ferales quatiant per nigra regna metus:
 Sic mea funestæ proscribunt gaudia curæ,
 Nec finit immodicus plaudere corda dolor.

H 2

Ille

Ille meus Phaëthon nostræ lux unica vitæ;
 His jacet in saxis, hoc jacet ore jugi.
 Non ego Sidonijs ultrò cum floribus hortos
 Inquiram; vitæ vota cupita mea;
 Non ego te Bethlè, quæ te prope nubibus infer
 Inquiram, stabulo non jacet ille tuo.
 Hoc super insomnes clivo noctesque, diesque
 Ducam, ac hìc vitæ lumina semper agam.
 Hinc procul immiti torvos cervice leones,
 Et procul Hyrcanas hinc removebo feras.
 Addet amor vires, non pilis æmula pila
 Hac neque gradivus me statione trahet.
 Fortior inflictiis immani cladibus hosti;
 Pulchraque succumbens victima mortis erit
 Aut mihi formosam redimam per vulnera vitæ
 Aut inimica procul classica victor agam.
 Scû me mors perimat, scû sit victoria laudi,
 Utrâque pars nostri testis amoris erit.
 Quanquã quid nisi mors languenti proffit amor
 Credite non distat mors ab amore procul.
 Dum mea sub rigidis tumultatur vita cavernis
 Hic mea mors requies sæpè vocata venit.
 Vita tenebrosis malè condita vita latebris,
 Nitere, & exanimem me propè junge tibi.
 O tumule! ô rigidis asperrima culmina saxis!
 O rupes vitæ lectule grate meæ!

Maxima vis lachrymis, emollit lacryma petras,
 Petrus erit testis, Magdala testis erit.
 Hæc lacrymis vitam, lacrymis tulit ille salutem,
 Lacryma placat, ubi nil potuere preces.
 Diffundam lacrymis repetitis fletibus ora,
 Fonte rigabo genas, fonte rigabo sinus.
 Nec deerit nostro præfixus margo dolori;
 Nō nisi in hunc tumulū lacryma missa cadet.
 Et cadet, & repetet, donec mollescere saxum,
 Et rupes querulo pandere membra velit.
 Pandere, pandere recluso mihi cardine rupes;
 Atque mihi vitam reddite saxa meam.
 Surda nimis cautes, nimis aspera saxa querelis:
 Eheu ad nostras culmina surda preces!
 Vos quoties tumuli pulsavi pectoris æstu:
 Vos quoties noster sollicitavit amor?
 Nec prece, nec lacrymis vultis mollescere saxa,
 Surdus & in lacrymis mons precibusq; riget.
 Hoc ergo tumulo liceat mea condere membra
 Atque simul vitæ contumulare meæ,
 Et quia non licuit vivo mihi tollere vitam,
 Nos eadem mæsti funeris urna teget:
 Vivus Golgothææ venerabor culmina rupis;
 Ne posthac vitam tollere fata queant.

❧) (o) ❧

H 3

A.

A.

- A** Dami peccatoris & CHRISTI redimentis comparatio. fol. 71
 Adolescens in prima iuventa moriens. fol. 30. & fol. 31
 Adolescens beatam sibi & longam fortunã promittens. f. 2
 Æternitatis felicitis cum infelici comparatio. fol. 5
 In æternitate vivemus, uti moriemur. fol. 5
 Affectus peccatoris ad B. V. sub cruce. fol. 9
 Amoris vehemens in crucifixum affectus. fol. 80. & f. 81
 Animus vitia inter & virtutes fluctuans. fol. 1
 Aranea est vita humana. fol. 1
 Auceps & aucupium. fol. 1

C.

- Christi transfigurati forma. fol. 1
 Captivi suspiria. fol. 1
 Eiusdem pro libertate suspiria. fol. 1
 Christus sanguinem sudans. fol. 6
 Huius sudoris causæ. fol. 6
 Christus vinculatus pro nostra salute. fol. 6
 Christus flagellatus. fol. 6
 Christus flagellatus & spinis coronatus. fol. 7
 Christus ad mortem damnatus. fol. 7
 Christus crucifixus. fol. 7
 Ob Christum mortuum doloris affectus. fol. 8
 Christo cum crucifixo mori desiderans anima. fol. 91. & 92
 Christum in crucifixum amor. fol. 80. & 81
 Christi morientis Epitaphium. fol. 1
 Christo crucifixo commorientis affectus. fol. 1
 Christum milites comprehendunt. fol. 1
 Christi peccatores redimentis cum Adamo comparatio. f. 1
 Cœlum Empyreum. fol. 5

D.

- DEO illudat nullus. fol. 6
 Desiderium cum Christo moriendi. fol. 6

Diluvium.	fol. 104.
Dolor ob Christum vinculatum.	fol. 66.
Dolor ob Christum mortuum.	fol. 89.
Dolens & mœrens.	fol. 92.
Dubius animo comparatur navi.	fol. 18.
Dubius & fluctuans inter virtutem & vitia.	fol. 18.
E.	
Execrans peccata & voluptates.	fol. 70.
F.	
Fallacia mundi.	fol. 7.
Fallacia voluptatis.	fol. 8. & 53.
Fons.	fol. 26.
Forma pulchra.	fol. 27.
Forma pulchra citò perit.	fol. 20.
Forma pulchra rete est interitûs.	fol. 24.
Formam suam in aquis amplecti vult Narcissus.	fol. 29.
Forma pulchra perdita.	fol. 75.
Fortunam beatam sibi promittens juvenis.	fol. 24.
Formæ Christi crucifixi.	fol. 106.
G.	
Golgothæ montis descriptio.	fol. 87.
Gomorrhææ urbis excidium.	fol. 104.
H.	
Hortans ut vana mundi sequatur.	fol. 1.
I.	
Jaculator bonus.	fol. 23.
Infernus.	fol. 55.
Instabilia omnia sunt in mundo.	fol. 44.
Instabilitas à similitudine.	fol. 100.
Interitûs rete forma pulchra.	fol. 24.
Judicium particulare.	fol. 52.
Judicium extremum.	fol. 56.
L.	
Libertatem quisque suspirat.	fol. 12.

Locus inamœnus.		fol. 87
	M.	
Mala cessant aliquando.		fol. 11
Mala omnia optans.		fol. 104
Maria sub cruce flens.		fol. 91
Maris tempestas.		fol. 97
Mare tranquillum.		fol. 91
Maris pericula.		fol. 19
In Mari navigantibus benigna sidera.		fol. 98
Montes Dij sacri & grati.		fol. 89
Morimur citò.		fol. 46
Morimur certò.		fol. 48
Ut moriemur, ita vivemus in æternitate.		fol. 50
Mori desiderans cum Christo.		fol. 91
Miles armatus.		fol. 104
Mundus fallax.		fol. 7
Mundi definitiones.		fol. 9
In Mundo omnia instabilia.		fol. 44
Mundana voluptas fallax.		fol. 53
Mundo valedicendum.		fol. 61
	N.	
Narcissus venans.		fol. 13
Narcissus promittens sibi fortunam beatam.		fol. 24
Narcissus formam suam in aquis amplectens.		fol. 23
Nautis benigna sidera.		fol. 98
	O.	
Optans omnia mala alteri.		fol. 104
Offerens se in pœnas pro Christo patiente.		fol. 73
	P.	
Peccata homines decipiunt.		fol. 8
Peccatum peccata trahit.		fol. 11
à Peccatis cessandum.		fol. 54
Peccatis valedicens.		fol. 84
Pericula maris.		fol. 19
Pœnitentis affectus pulcher.		fol. 83

R.

Retē interitūs est pulchra forma.

fol. 24.

T.

Tempeſtas maris.

fol. 97.

V.

Valedicens Poëta Muſis.

fol. 100.

Valedicens peccatis.

fol. 84.

Valedicendum mundo.

fol. 61.

Vana mundi ſequimur.

fol. 51.

Virtutem inter & vitia fluctuans animus.

fol. 18.

Vita humana eſt aranea.

fol. 44.

Vita humana citò perit.

fol. 46.

Voluptas decipit.

fol. 8. & fol. 58.



H 5

LIB. III.

LIBER III.

Augustinus in Schola Divina

Veritatis ut Sanctissimus, sic Doctor
 piensissimus omnes veræ Philosophiæ alumnos
 edocet: quàm grave malum sit ab Ente entium
 tanquam à centro, ad quod creata incli-
 nant omnia deviare.

SENTENTIA.

*Nunc igitur Domine illuminasti me ut viderem te; vidi, & cognovi me, quia toties nihil factus sum, quoties à te separatus sum, quia bonum, quod tu es, oblitus sum, & ideo malus effectus sum. Tu mihi misero; ut quid hoc non cognoscebam, quia tu deserens, nihil fiebam; Cùm igitur fui sine te, nihil fui, sed nihil fui, & ideo cæcus eram, surdus, insensibilis, qui nec bonum discernebam, nec malum fugiebam, nec dolorem vulnerum sentiebam, nec tenebras meas videbam, quia eram sine te luce. Et ideo Domine lux mea inimici mei depre-
 fecerunt, quæcunque voluerunt, percusserunt, occiderunt, corruperunt, vulneraverunt, & occiderunt me, qui recessi à te, & factus sum nihil sine te.*
 In Soliloq. c. 5. & 6.

THE

THESES METAPHYSICÆ.

1. **M**undum non fuisse ab æterno fide constat. 2. potuisse tamen fuisse quo ad entia permanentia, est probabile. 3. Cœli probabilius tam fixarum, quàm etiam planetarum sunt fluidi. 4. Naturæ corruptibilis. 5. Intensio graduum fit per additionem gradûs ad gradum. 6. Gradus intensiõnis sunt homogenei. 7. Rarefactio, & condensatio non fit per intromissionem, vel expirationem corpusculorum. 8. Nec per additionem novæ quantitatis. 9. Sed habetur formaliter per majus, vel minus ubi. 10. Simile in aliud sibi perfectè simile agere nequit in qualitatibus corruptivis. 11. Elementa non manent formaliter in mixto. 12. Datur positiva gravitas, & levi-

levitas. 13. Elementa in propriis locis ne
 gravitant, nec levitant. 14. Animæ bra
 torum perfectorum, & imperfectorum
 sunt divisibiles. 15. Partes animæ divi
 sibilis sunt heterogeneæ. 16. Non datur
 successio animarum. 17. Potentiæ ani
 mæ non distinguuntur ab anima. Ani
 ma rationalis est naturâ suâ spiritualis,
 divisibilis, & immortalis. 18. Essentia en
 tis non distinguitur ab ejusdem existen
 tia. 19. Nulla datur possibilitas intrinse
 ca; & physica entis creati ab æterno, si
 cut nec impossibilitas talis. 20. Ens ra
 tionis habens tantum esse objectivè in
 intellectu componitur ex partibus se
 cundum se merè realibus. 21. Deum
 existere demonstrabile
 est.



§. I.

Peccati gravitas ex ipso peccati onere, ac pondere gravissimo desumitur.

Siste tandem aliquando cursum petulantis Sævi infelix peccator! blandè furenti ne fide æquori; aget in præceps scopulos, & fyrtes, scyllas, charybdes, irrevocabilem inque ruinam æternitatis: compone cæcos concupiscentis animi impetus, contrahe vela, anchoras explica, tolle remigia, time naufragium: hinc perijsse; est æternum interijsse. Dic aliquando satis (a) ambulavimus vias difficiles, lassati sumus in vijs iniquitatis;) ne te (b) novissima deducant in interitum. Cave! instat ruina; satis sit portâsse jugum intolerabile peccatorum, onus gravissimum iniquitatis, priusquam demergaris in profundum, en ut (c) peccata tua sicut onus grave gravata sunt super te, en iniquitates tuæ adeo supergressæ sunt caput tuum, ut infixus velut in limo profundi) ultrò nec in te supersit substantia gratiæ, nec similitudo imaginis, ad quam conditus es, sed comparatus sis jumentis insipientibus, quæ computrescunt in stercore suo.

Ove-

(a) Sap. 5. (b) Prov. 14. (c) Psal. 37.

O verè jugum tuum, jugum intolerabile, & nus, onus grave, à quo neque pax in membris sed turbatio in ipsis ossibus, donec detrahèris inferni novissima; siste ergo, siste gradum (respice à vijs impiorum pessimis,) dic tandem animæ tuæ, (ut requiescat spiritus à laboribus suis) recede, dum tempus est, & jugum hoc deferre, quia (cùm senueris non recedes ab eo) abjice hanc servitutem pessimam miserabilem (servus peccati, & dic; satis portavimus pondus & æstum) non quidem diei gratiæ, & splendoris bonorum operum cum filiis lucis, sed nocturnum, secundum vias cæcæ concupiscentiæ inter filios tenebrarum, ô infelix peccator! iterum dico siste gradum, (a) Et abjice hæc onera peccatorum, si vis pertingere ad requiem futurorum quæ enim sunt graviora in hac vita onera, quam peccata nostra, si hæc ultrò portaveris, ibi requiem non habebis: exonera igitur mentem tuam, rejice omnia, quibus conscientia gravatur, & premitur, ut levio rem te sæculi hujus transperiat consumatio, ne oneratus peccatis fugere non possis, cùm ingruet repentinus tanquam tempestas valida, interitus tuus:) Et quò fiat peccator tam infami, ac intolerabili gravatus

(a) S. Ambros. in Psal.

tus onere? quod Propheta optimè (a) talentum plumbi, & massam plumbeam nominavit: (b) Neque enim ullum gravius est onus, quàm peccatorum sarcina, & pondus flagitiorum quod animam deprimit, & curavit, ut se erigere non possit:) & quod gravius illo sit pondere, quòd ipsos etiam ingentes cœlorum orbés etsi ænei sint aut solidi quasi ære fusi gravitate sua perumpit; Intuere ô peccator! quid pulcherriam illam creaturam supremum Angelorum spiritum; (cui sapientia, decor, & pulchritudo ornamentum erat, cui operimentum omnis lapis pretiosus,) quem Creator, & natura exexerant, super omnem tunc creaturam; qui agilitatis quantæ fuerit satis vanæ illius prætensiones declarant, quando veluti aquilæ instructus alis dicere non dubitabat, (c) ascendam & supra astra Dei exaltabo solium meum:) Verùm vix momentaneâ cogitatione aggravatus peccato, ô quàm diversus ab illo, quàm sibi dissimilis miserandum Cœlo excidit in infernum: (d) Quomodo cecidisti? plangit eum Propheta; de cœlo lucifer, qui manè oriebaris corruisti in terram, qui dicebas ascendam super altitudinem nubium:) veruntamen cave peccati molem: nam

(a) Zachar. 5. (b) S. Ambros. l. 5, Epist. 8. (c) Is. 14. (d) Ibid.

nam detrahêris ad inferni novissima, ô ve ô pe
 plumbeum peccati onus & gravitatem, (a) re ja
 que quidquam peccato gravius, atque oner Abi
 fuis est, quippe, quod ad ima inferni eos, qui stan
 cæperit, deturbat,) Verùm necdum hinc scilicet :
 liquet peccati pondus, sed ex velocitate, quâ (a)
 postatas Angelos præcipitavit, desumi poterit : si
 si Astrologis fides est : tunc immensa prostant
 chalybe, & plumbo formata moles è cœlo est h
 pyreo in terram decidua (licet gravissima sit scel
 non modò plurium mensium, sed annorum terr
 tiam spatia, donec terram pertingeret, lapsu su sion
 expleret ; atque vel ex hoc ipso quantum mo
 peccati pondus, quæ moles, concludite, vix sorp
 nim peccati jugo se submerserat prævaricator mis
 Angelus ; vix in stateram iniquitatis appensus
 est : tanto depressus est pondere, ut in momen di si
 to, in ictu oculi in infernum usque descenderit mo
 (Vidi, ait Dominus, satanam tanquam fulgur cata
 cadentem de cœlo. O sanè peccati pondus quâ
 ve ! ô gravitatē intolerabilem ! (b) Cœli ingen imp
 tia illa corpora solem, lunam, & stellas præter qua
 suamet vastitatem non solùm ferunt, sed ven
 circumferunt absque ruinae periculo & unicuiq der
 peccatum ferre nequeunt :) Non mirare jam dur
 ô pecc

(a) Isidor. l. 3. Epist. 33. (b) Tertullianus.

ō ve ō peccator ! quod terra peccati fatiscens ponde-
 (a) re jam olim peccatores illos Core, Dathan, &
 Abiron cum asseclis suis totamque eorum sub-
 stantiam absorbens peccati ponderi succubue-
 rit: firmissimo veluti contestata argumento,
 (a) se grandia hæc peccatorum onera non spon-
 te suâ ferre, clam sustinet, sed singularem susten-
 tantis omnipotentiae esse misericordiam:) visa
 est hoc ipsum minari; & contestari, quando ob
 scelus omnium immanissimum in ipsum cœli
 terraque Dominum commissum petrarum scis-
 sione, & montis Calvariae trepidatione, terræq;
 motu ostendit se omnia cum sceleribus illis ab-
 sorpturam fuisse, & in profundum Tartari trans-
 missuram, si sibi permessa fuisset, & nisi jam Chri-
 stus, vel verus Agnus DEI, omnia peccata mun-
 di sub se tulisset, non ad vindicandum, sed ad
 morti illa trudendum, alioqui terram ferre pec-
 cata, & non succumbere tam admirandum est;
 quàm, si arcem vel civitatem scaphæ chartaceæ
 impositam. Oceanum illæse trajicere videas;
 quæ aliàs ipsa per se sine pondere statim minimo
 vento agitata, aut undula aquæ conspersa subsi-
 deret. Quod ipsum velut in typo nobis spectan-
 dum jam olim in navigante Tharsim versus re-
 luctan-

I

luctan-

(a) Philo in hunc locum.

luctante præcepto Domini Jonâ ipse sacer
 nista exhibuit: (a) Ecce vix peccati mole
 ratur navigium, vix præceptum Domini tra
 grediens conscendit Jonas, & illico ventor
 flatu laceffitum fremit mare, sollicitique g
 tis præruptorum montium canis volumin
 repugnantium littorum spumantia ora
 tundens minatur per momenta naufragi
 procellæ crebrescentes insaniunt, horrend
 sibilant funes, gemunt cedentibus velis ant
 retonsa undique, iter non invenit prora, tre
 dant nautæ, festinant jacturâ vasorum navem
 vare ponderibus, sed incassum, nimirum P
 phetæ pondere premebatur; sed nunquid p
 omni onere unus prægravaverit navim exha
 stus corpore & ad prædicandam poenitentiam
 eamque persuadendam idoneus ab ipso Deo
 lectus & destinatus homo? (b) nunquid non
 cœli vehementiâ, & tempestate omnes alia
 ves secundo vento cursum tenebant, in hanc
 nam tempestas maris fluctibus incumbibat,
 de hæc Dei vindicta, quâ justa Nemese hæc p
 cella commota est: nisi quia plus ponderis
 bebat solum Jonæ peccatum, quàm alia omnia
 quæ navis portabat! apud se periculi sarcina
 retur

(a) S. Zeno serm. de Jona. (b) Chrysostr. de Jona,

retinebant, & magis magisque Prophetæ corpore gravabantur, non corporis magnitudine, sed peccati, (a) nihil enim æquè, grave & onerosum invenies, quàm peccatum, ideoque Zacharias plumbo illud figuravit:) plumbi hujus gravitatem, & sensit, & luit Pharao cum Ægyptijs suis: (b) quando submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus:) transit mare rubrum Moyses cum universo Dei populo, & ne pedem madefacit, imò instar propugnaculorum assurgunt fluctus aquei, & levitatem induti quasi defenariæ alæ sese erigunt, & expandunt; sed transit & peccator Pharao cum obstinato contra mandatum Domini populo Ægyptio, & ecce in naturalem suam redeunt gravitatem undæ, totumque exercitum unà submergunt: sc. (c) Peccatores graves sunt, Sancti autem leves: quia ambulant super aquas, Dominus & Salvator noster super aquas ambulavit, ipse enim est, qui verè peccatum nescivit: ambulavit & Discipulus ejus Petrus, licet paululum trepidaverit, non enim tantus erat, ac talis, qui nihil omninò de spiritu plumbi, id est, peccati intra se haberet admixtum;) si: nihil æquè grave ac onerosum invenies, quàm peccatum, hæc terram gravitate

I 2

(a) Theodoretus super hunc locum. (b) Exodi. 15. (c) Origenes in hunc locum,

tate dividit, facitque fatiscere, hæc cœlum per
 rumpit, facitque instar fulguris hoc grave onus
 extrudere, hæc maria tempestuosas commove
 in tempestates, facitque extremas ruinas, & nau
 fragia minitari. Rem sanè admirandam D. Marti
 hæus memorat: navigante cum discipulis Do
 mino tum altuosum mare suæ obligationis fi
 immemor; (& ecce etiam præsentem Domini
 motus magnus factus est in mari ut navicula o
 periretur fluctibus:) ergone immemor creatu
 ra in tuum rebellis consurges Creatorem?
 non verebère præsentiam Sanctorum, saltem
 præsentiam adora Sancti Sanctorum, si non ho
 noras corpora, quæ vehis Apostolorum, saltem
 corpus tibi curæ sit, quòd portas Domini Apo
 stolorum. Sed ecce motus magnus factus est
 in mari, & quidem præsentem Domino, dormi
 ente quidem oculis, sed vigili oculo benè o
 mnia advertente, cur ergo Dominus non impe
 diebat malum hoc, quod ipso sciente ingruer
 bat, an oblitus est chari sui discipuli tunc utique
 præsentis, (quem tamen diligebat Jesus?) An
 Simonis, quem petram, & fundamentum nova
 suæ erigendæ Ecclesiæ designavit? sed periculi
 tari eos Dominus voluit, non naufragari, ut
 quam periculosum sit pondus illud, quod inter

se su
 agn
 con
 [a]
 das
 huj
 cto
 tol
 fa
 qua
 que
 ind
 did
 mi
 inf
 ciu
 scil
 inf
 bile
 me
 qu
 cur
 dul
 imp
 cin
 (a)
 (c)

se sustinebant, & secum deferebant, vel ex hoc agnoscerent, (quòd se armet omnis creatura contra insensatas) hujus ponderis amatores: [a] erat quippe ibi Petrus, sed erat pariter & Judas; Quamvis illius fides fundaret naviculam, hujus tamen perfidia eam turbabat, unius delicto cunctorum merita quatiuntur;) adeo intolerabile pondus peccatum est, ut illud universa creatura aversetur, suosque extra limites quàm perniciosissimè perturbare conetur; unde quod scriptura (b) Divitem illum peccatorem indutum purpura, & epulantem quotidie splendè in inferno sepultum, antequam venisse meminert: mortuus est dives, & sepultus est in inferno, quia peccatorum pondere pressus velocius descenderat, quàm ut venisse diceretur: scil. ducunt in bonos dies suos, & in puncto ad inferna descendunt:) O verè pondus abominabile, & onus periculosum peccatorum, & tamen, quod pessimum est, (c) Quam multi sunt, qui durissimum & amarissimum peccati jugum cum multis laboribus volunt ferre, & Christi dulce & onus ejus leve dissimulant humeris suis imponere, malunt sub multis peccatis, sub sarcina gravi succumbere, quàm jugum Christi,

I 3

quod

(a) S. Ambr, ferm. 62. (b) S. Aug. ser. 15, de verbis Domini,

(c) S. Aug. ferm. 111. de tempore,

quod eos potest in coelum levare, suscipere. Licet etiam amantissimis vitæ æternæ verbis invitentur à Domino illis inclamante, venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, tollite jugum meum, rejecto pondere peccatorum, (a) super vos; jugum enim meum suave est, & onus leve.

Verum unum adhuc superest ô peccator dum tantum vides & detestabile peccati pondus; quod omnis horret sustinere creatura longanimum in te Conditoris mirare misericordiam, & tuam agnosce ingratitudinem: illum mirare clementiam, quòd in te coelum fulmine non evibrârit, quòd terra non absorpsêrit, quòd undæ non submerferint, quòd aër vitæ respirantem non negârit, & tuam detestare ingratitudinem quòd tanti beneficij immemor peccare non destiteris. (b) Verum hæc humanæ mentis est cæcitas, hæc tenebræ, ut ipsa nobis gratiarum miracula assiduitate vilescant:) quis est, qui consideret solis beneficium, ita cursum tenentis, dies, ac noctes mutuas incessanter vires conferentis. Quis fluxum, & refluxum maris? quis continuum fluminum cursum sine defectu? quis pluviam, nivem, grandinem, ventum, segetem

(a) Matth. II. (b) Chrylost.

tem, flores, gramina, & id genus infinita propè
 animata, & inanimata pro dignitate miretur,
 quorum tamen ne minimam quidem partem
 dignè omni Philosophia nostra consequimur,
 imò si omni vitæ tempore super minimo aliquo
 puncto desudaremus latens naturæ secretum
 non possemus eruere. Ostendat quis perspicacis-
 simus etiam, & exponat artificium cerebri,
 membrorumque acari excutiat industriam apis
 aut formicæ solertiam, oculi fabricam, & usum,
 & tamen hæc & tanta liberalissima naturæ, Con-
 ditorisque miracula velut in pulvere relicta ne-
 gligimus, & non est, qui recogitet, & si hæc, quæ
 quotidiana nobiscum sunt, nostrisque sensibus
 familiaria tam neglectim omittimus, quomodo
 ad ea, quæ ipsum longè excedunt naturæ ordi-
 nem nobisque invisibilia, soloque fidei lumine
 præstant supernaturalium donorum charismata
 dignè pensabimus, adeo prima peccati nocte
 contracta cæcitas, omne eripit nobis lumen su-
 pernæ gratiæ, ut peccatorum defessi pondere
 propè insensibiles efficiamur, juxta illud: (a) Pec-
 cator cum in profundum venerit, contemnet;) &
 horrendissimum peccatorum pondus depri-
 mens omnem sensum recta cogitantem: quod

I 4

nec

(a) Prov. 18.

nec coelum, nec terra ferre potuit, nos insipienter circumferre non aversemur.

§. II.

Affectus Divi Augustini detestantis, grave peccatorum onus, & pondus, quod suos sequatur usque in inferni novissima deprimat.

(a) **O** Domine, iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & sicut onus gravatae sunt super me & nisi tu, cui proprium est misereri semper & parcere dexteram tuam Majestatis supponas, mergi cogor miserabiliter in profundum. Attende, Domine Deus, & respice de, quoniam sanctus, & ecce insultat adversus me inimicus meus, dicens, Deus dereliquit eum, persequatur, & comprehendam eum, quia non est, qui eripiat. Et tu Domine usque quo? Convertere, eripe animam meam, salvum me fac propter misericordiam tuam. Misere filii tuum quem in dolore non modico peperisti, & non attendere malum meum, ut obliviscaris bonum tuum.

(b) Tu Domine non vis mortem peccatorum, nec letaris in perditione morientium, im-

(a) D. Aug. cap. 39. Med. (b) cap. 39. ibid.

ut mortui viverent, tu mortuus es, & mors tua peccatorum mortem occidit: & ipsi te moriente vixerunt. Obsecro te Domine, ut ego, te vivente non moriar. Mitte manum tuam de alto, & libera me de manu inimicorum meorum: ne supergaudeant mihi, & dicant: Devoravimus eum. Quis unquam bone JESU, de tua misericordia diffidat, qui cum inimici tui essemus, redemisti nos in sanguine tuo, & reconciliasti nos Deo? Ecce sub tuæ misericordiæ umbra protectus, ad thronum gloriæ veniam postulans curro, clamans, & pulsans; donec miseraris mihi. Si enim ad veniam nos vocasti veniam non quærentes, quanto magis impetrabimus postulantes?

(a) Ne memineris, dulcissime JESU, tuæ justitiæ adversus peccatorem tuum, sed esto memor benignitatis tuæ adversus creaturam tuam. Ne memineris iræ adversus reum, sed memor esto miserationis tuæ adversus miserum. Obliviscere superbum provocantem, & respice miserum invocantem. Quid enim est JESUS, nisi Salvator? Ergo JESU per te ipsum exsurge in adjutorium mihi, & dic animæ meæ, salus tua ego sum. Multum Domine de tua bonitate

præsumo, quoniam tu ipse doces petere, quære
re & pulsare. Et ideò tuâ oratione admonitus
peto, quære, & pulso. Da quod peto, quod quære
ro, quod pulso!

(a) Nunc Pater misericordiarum & DEUS
totius consolationis, confige timore tuo carnes
meas, quatenus quære minaris, metuendo evadere
dam; & redde mihi lætitiã salutaris tui, quære
quære spondes diligendo percipiam. Fortitudo
mea Domine, firmamentum meum, Deus meus
us, refugium meum, & liberator meus: suggerere,
re, quid de te cogitem; doce, quibus te sermo
nibus invocem; da; quibus operibus tibi placeam;
am; & aliud, quod non spernis. Est utique tuus
spiritus contribulatus sacrificium, & acceptus
cor contritum & humiliatum. His me Deus
meus, adjutor meus, dita muneribus. His contra
tra inimicum muni protectionibus; hoc contra
flammas vitiorum præsta refrigerium, his autem
desideriorum passionibus pande pium refugium.

(b) Fac Domine virtus salutis meæ, ne
de numero eorum, qui ad tempus credunt, recedant
in tempore tentationis recedunt. Obumbra caput
meum in die belli, spes mea in die afflictio
nis, & salus in tempore tribulationis.

(a) Cap. 2, Medit. (b) Cap. 2, ibid.

(a) Denique parce animæ meæ, parce malis meis, parce peccatis meis, parce criminibus meis. Visita me infirmum, cura me ægrum, sana me lanquentem, & suscita me mortuum. Da mihi Domine cor, quod te timeat; mentem, quæ te diligat; sensum, qui te intelligat; aures, quæ te audiant; oculos, qui te videant. Misere mei Deus, misere mei, & respice me de sede sancta Majestatis tuæ, & tenebras cordis mei radio splendoris tui illumina. Da mihi Domine discretionem discernendi inter bonum, & malum, & concede, ut sensum habeam pervigilem. Peto à te Domine remissionem omnium peccatorum meorum à quo, & per quem mihi fiat propitiatio in tempore necessitatis, & angustiae meæ.

§. III.

Gravitas Peccati mortalis ex vilitate, brevitate, & amaritudine, quam peccanti infert, conscientia deducitur.

CAve amplius peccare, ne deterius tibi quid contingat, cave peccare, si vel ad momentum sapias, ô peccator! quia de momento agitur, dum

(a) Cap. 40, Medit.

dum peccas, sed æternitatis: Momentaneum enim quod delectat, infelix id ipsum punctum est, quod in cruciatibus interminabilem extenditur æternitatem; ô æternitas! ô momentum! ergo ne momentum tanto æstimari pretio dignum est, ut vel pro momento dignum putes perire in æternum, ô insane mercator desine peccator momento vendere æternitatem; an non enim ingens sit insania propter peccaminosæ voluptatis inania, tranquillæ mentis gaudia, æterna cœli præmia negligenter quis neget hoc esse, ne vel ad momentum perire: momentaneum hoc despice, quod non nisi ludit amantes, & dum tenetur sui ipsius proditor turpissimè evanescit, atque ut sui reliquat memoriam in fine mordet ut coluber morsu immedicabili; qui vitam hanc mortalem commutet morte immortalis: O fallax momentum, in quo sic luditur æternitati: cave, si tuis est lusisse æternitati, ne dura nimis irrevocabili damno te quoque deludat æternitas. O serporem gravem etiam inter rosas, sed nondum aculeis exarmatas, quæ concupiscentem violentant, tangentem sauciant, amantem enecant: quid enim durius deferre secum carnem furem, & sensum amentem, intus alere vermem

rodentem

(a)

rodentem, foris sentire timorem sævientem, certè Fenellæ pomis peccati gaudia crede simillima, quæ necdum gustata, solùm desiderata, tactu cor sagittant, & vitam adimunt immortalem! ô infelix Esau quisquis lenticulâ tam modicâ vendis primatum Filiorum DEI! Cave si videtur dulcis dies ficta hæc peccatorum quies, fuge anguem, cor ne crede, nam brevitās amaricat: Finis te intoxicat, gustabis modicum mellis, sed morte solves, & utinam non æterna! miser Jonathas, quod vix extremum virgulæ concessit gaudij. Verùm ut Brevitas amaricat hæc mundi obsonia, sic vilitas moveat nauseam super cibo hoc vilissimo: solent quandoque incantatores arte stygia spurcissima pecorum stercorea, ut suavissima suis circensibus proponere edulia, sed ut ludunt oculos, sic sauciant animum: meliùs de peccatorum illecebris hoc dixerimus cum Apostolo, qui non vanè terrena hæc omnia reputavit ut stercorea, quando amatores suos computrescere faciunt, ut pecora in stercore suo, & hoc est, quod sapientissimus quondam lugebat Vates Isaias de ijs loquens, qui relictâ Dei gratiâ, statuque innocentia, ac cæteris spiritualibus donis ad abominabiles peccatorum sordes revertebantur: qui ait, (a) nutritic-

(a) Isaiæ 33. 1. Mach. 2.

triebantur in croceis amplexati sunt stercora
 hoc est, quod Matathias repletus Spiritu Dei,
 os adhortabatur commilitones, (a) à verbis
 ri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus
 cus, & vermis) hoc est; quod principum pa-
 entissimus peccatori in superbia sua vanis glo-
 anti vaticinatus est: si ascenderit usque
 coelum superbia ejus; quasi sterquilinum
 sine perdetur, quia in morte sua, cum ad to-
 menta ducetur, (b) stercoribus vitiorum pleni-
 à malignis spiritibus conculcabitur.) Sed quod
 mirum pecorum excrementis peccatum com-
 parari, cum peccatorem adeò coram divinis
 culis reddat despectabilem, ut comparetur
 mentis insipientibus, illisque similis efficiatur
 nec tantum jumentis insipientibus similem pec-
 catorem reddit peccatum, sed etiam ipsis be-
 tis Deo abominabilibus in conspectu divinae
 Majestatis coæquatur peccator, nam postquam
 (c) omne quod reptat super terram sibi abomi-
 nabile rejecisset Divinus oculus; de homine
 peccatore sic loquitur; (d) Facies autem homi-
 nis quasi reptile, quia conglutinatus est in terra
 in terrenis, id est: & carnalibus sordibus ventris
 eorum.) Lamentare nunc Propheta, (e)

(a) Job, 18. (b) S. Greg. super hunc locum. (c) Levit. 11.
 (d) Habac. 1. psal. 43. Gloss, super hunc loc. (e) Isa. 57.

mentare te vel inter amplissimas Jerosolymarum plateas, in illo orbis Emporyo pecorum solitudinem, & viduum homine exilium reperisse: (a) Veni & non erat Vir sive homo: omnes enim viri, & hominis imaginem relinquentes, bestiarum, & serpentium sumpsere imagines: Unde ad Herodem propter malitiam dicitur ite, & dicite Vulpi illi, & ad Phariseos genimina viperarum, & ad libidinosos equi insanientes in feminas facti sunt: & de voluptuosis nolite margaritas vestras mittere ante porcos, & de impudentibus, neque Sanctum detis canibus: (b) Imò ut discas morem esse scripturæ, quòd vitijs studentes, & virtutum studium negligentes hominum nomine vocare nec dignetur: non permanebit ait spiritus meus in hominibus istis, eò, quòd carnes sint; vides quomodo ob malitiam carnes eos vocat, & non homines; (c) similiter è toto peccatrice humano genere Noëmi tempore, unus Noë justus homo reputatur: hic enim solus homo; cæteri autem non homines; sed humanam gerentes formam, & ex hominibus in bestias mutati, malitia voluptatis generositatem naturæ amiserunt: cum enim in peccatum declinant homines

(a) Hieron. super Isaia e. 50. (b) Chrysoft. homil. 23. super Genes. 6. (c) Chrysoft. loc. cit.

mines, fervi fiunt irrationalium affectionum
 divina igitur scriptura imponit illis nomina
 stiarum.) Non miremur modo geminatam
 cem homo in scriptura, cum per Prophetas
 (a) populum peccatricem exhortatur Deus
 (b) Omnes quidem homines nati sunt homi-
 nes; sed non omnes homines, homines sumus
 sicut in Levitico scriptum est: homo homo
 liorum Israël, & advenarum, quia positi sunt
 nobis, estote ergo homines homines, quia
 omnes homines sunt homines; ostendamus
 scripturis quomodo quidam homines non sunt
 homines, Homo in honore positus non inter
 lexit comparatus est jumentis insipientibus:
 non est homo homo, sed est homo jumentum
 & iterum generatio viperarum, quis ostendit
 vobis fugere à ventura ira: talis non est homo
 homo; sed serpens homo; & qui in famina
 infanientes facti sunt, unusquisque super
 rem proximi sui hinniebat; & iste non est ho-
 mo homo, sed homo equus; (c) bene dixerunt
 sanè ille, qui dixit, puto equos esse homines peccato-
 catores, & equites dæmones,] David Rex
 miniscens iniquitatum suarum canem mortuum
 um & fatentem se reputavit, (d) quem per-

(a) Ezech. 14. (b) Origen. homil. 3. in Ezech. (c) S. Hieron. in Psal. 32. (d) 1. Reg. 24.

queris ait ad Saulem Rex Israël, quem persequeris canem mortuum persequeris: & benè, quid enim peccator in conspectu DEI, nisi (a) tanquam canis reversus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Ipsa incarnata divina Veritas peccatores foetentibus hircis comparavit: statuet, ait de die illa plena horroris, & iudicij loquens (b) statuet hædos à sinistris. (c) Hædus enim animal est olidum, pedulcum, hispidum, foetor peccantis est in consuetudine, petulantia in instabilitate, asperitas in vermibus corrosione. O misera conditio peccatoris! qui de imagine Dei transit in formam Dæmoniorum de filio in socium porcorum, de creatura rationali in abominationem hædorum, o monstrum peccatum, quod tam abominabilem metamorphosin exerces in animam ad similitudinem divinæ puichritudinis conditam. (d) Quis enim monstruosum non asserat, si homo esset, qui caput haberet hominis, sed membrum aliud quod leonis, aliud asini, aliud porci, aliud canis, aliud ursi: (e) Sic evenit teste Boëtio, ut quem virtute desertâ diversis vitijs transformatum videas, cum in divinam conditionem transire non possit, vertitur in belluam, & leo quidem

K

efficiatur

(a) 2. Petri 2. (b) Matth. 25. (c) Cyrill. de filio prodigo
(d) S. Antonin. p. 4. tit. 14. c. 6. II. 4. (e) Boët. in Philos.

efficiatur per superbiam, porcus per luxuriam
 ursus per gulam, & vulpes per dolositatem
 scilicet bestia adeo fera sunt peccata mortalia
 quæ animam adeo vastant & laniant, ut peccato-
 rem esse hominem æstimare non possit
 (a) quare non malè peccatrix anima per Pro-
 phetam dicitur (b) cubile draconum, & pascua
 struthionum, in quo occurrunt dæmonia, oron-
 centaurus & pilosus, & clamabit alter ad alter-
 um, ibi cubavit lamia, & invenit sibi requiem
 ibi habuit foveam ericius, & enutrivit catulos
 & circumfodit, & fodit in umbra ejus, vis igitur
 tur (c) ô peccator cor tuum tam sædarum non
 esse cubile ferarum contere cor tuum, in quo
 erat draconis cubile, ut non inveniatur, ubi possit
 habitare; contere draconis carnes, carnes enim
 peccata nostra sunt, sicut enim sancti sunt cor-
 pus Christi, & membra, ita peccatores, qui peccatum
 non deserunt, sed peccato inhærent, corpus
 draconis, & membra sunt. Postquam serpens
 infernalis effecerat primum hominem
 peccatorem, audiit sibi à Deo injungi (d) terram
 comedes: homo verò peccator eodem
 loco terra, & pulvis nominatur; (e) quid membra
 rum si membra ergò infernalis serpentis effici-
 antur

(a) S. Anton. de Pad. serm. 2. Domini. quadr. (b) Isaie 34.
 (c) S. Ambros. in Psal. 37. (d) Gen. 3. (e) S. Aug. tom. 3. in
 agon, Christ. c. 1.

antur peccatores, quando ejusdem esca, & ci-
 bus destinantur. Justa vindice irâ Dei: dictum
 enim est peccatori, terra es, & in terram ibis,
 datus ergo est in cibum diabolo peccator, non
 sumus ergo terra, si nolumus manducari à ser-
 pente, sicut enim quod manducamus in no-
 strum corpus convertimus, sic malis mori-
 bus similis quisque efficietur, ut sit, quod ille est,
 ut subjiciatur ei, sicut subjectum est corpus no-
 strum, & hoc est quod dicitur manducari à ser-
 pente. Neque hic sistit amaror, & afflictio,
 quam homini infert peccatis subdito peccatum,
 aliud adhuc restat malum, malorum sæpè do-
 lorosissimum creaturæ ad libertatem conditæ,
 & ratione præditæ; nimirum quod eam de li-
 bertate filiorum Dei, in servitutem præcipitet
 dæmoniorum, facit enim peccatum hominem
 abjectissimum, & vilissimum, maximæ enim
 vilitatis est conditio servilis, & tantò magis,
 quantò majoris conditionis est, qui efficitur
 servus; & vilioris, qui ejus efficitur dominus:
 (a) qui autem facit peccatum, servus est peccati:
 quid autem miserabilius? quàm servire pec-
 cato? aut quæ major vilitas, quàm peccati?
 Nimirum sub jugo dæmoniali servire vitij ex-

K 2

trema

(a) Boët. de consolatione.

trema servitus est, & quæ gravior sit servitus
 quàm culpæ? (a) Hæc sollicitat otiosos, affligit
 sanos, contristat lætos, inquietat placidos, exci-
 gitat mites, excitat dormientes: per hanc re-
 suinus sine accusatore, sine tortore cruciamur
 sine vinculis ad stringimur, sine venditore ven-
 dimur, unde & scriptura dicit peccatis vestris
 venditi estis, hæc ergo peccata nostra vincula
 sunt, quæ contra nos semper sunt; ut dixit pro-
 pheta, (b) vendiderunt nos, & dominantur nobis,
 his vinculis dominantibus servit omnis, qui
 auctoritatem puræ conscientiæ non habet, qui
 vel metu frangitur, vel delectatione irretitur
 vel cupiditatibus ducitur; servilis enim est om-
 nis passio. (c) O miserabilis servitus; omni
 gravior servitute; gravis quidem est captivitas cor-
 poralis, quæ jure libertatis amisso victorum do-
 minatui subditur, & serviunt tum quidem cor-
 pora; sed nequaquam capitur fidelis animæ li-
 bertas: testes mihi sunt 3. pueri inter flammam
 cantantes, testis Daniel in fame leonum Pro-
 phetæ prandio saturatus; testis Eleacer inter
 jura dominorum patrijs suis legibus liber; testis
 cum matre sua Martyres septem, Deo gratias
 inter nova mortis tormenta referentes; at vero
 quanto

(a) S. Ambros. in psal. 37. (b) Idem l. 2. de Jacob. c. 2.
 (c) S. Hilar. in Psal. 125.

quantò infelicioꝛ est peccati captivitas; si animam ceperit, per corpus latrocinatur, & grasatur: & animam, ac ipsum in communi facit famulari: speculum atrocis captivitatis hujus nobis Judas exhibet desperabundus: (a) Quem cùm miserum, & infelicem accepisset captivum, hæc peccati captivitas non tantùm ei non pepercit, sed sacrilegum, & proditorem fecit, deinde postquam perpetrâisset scelus, eum in theatrum judæorum produxit; & maleficum revelavit; nec sic quidem permisit; ut perciperet fructum pænitiæ, sed ante pænitiã perduxit ad laqueum: (b) subditi enim peccatis corda sua non habent, ut agere possint, quod velint; quia ea diabolus possidet; unde & de proditore dicitur, cùm jam diabolus misisset in cor ejus quotiescunque enim graviter delinquimus, cor nostrum non habemus, sed diabolus juxta illud Prophetæ, audi popule stulte, & qui non habes cor, & quid mirum, quod diabolus cor peccatoris possideat (c) cùm omnis, qui faciat peccatum ex diabolo sit, adeoque diabolus in corejus non intrat, tanquam ut alienum rapiat, sed ut suum possideat: O abominabilis servitus, ô sæva tyrannis; quæ sub dæmonis do-

K 3

minio

(a) S. Chrysoft. in Psal. 125. (b) S. Greg. in 1, 2, Reg. c. 1.

(c) S. Aug. in c. 12. Joan.

minio se sequaces reddit ejusdem subditos, & mancipia. Abjiciamus ergò peccata, & deponamus jugum hoc pessimum peccatorum, abjiciamus opera tenebrarum, neque quid commone habeamus cum principe tenebrarum harum, ut inter filios lucis reputati, in regione lucis habitatio nostra in sempiternum.

§. IV.

Affectus D. Augustini vilitatem, brevitatem, & amaritudinem, quam peccatrici conscientia infert peccatum detestantis.

(a) **E**Rravi, fateor, sicut ovis perdita, & incirculatus meus prolongatus est: atque projectus sum à facie Domini Dei mei, in hanc exilij cæcitatem. Ubi expulsus à Paradisi gaudijs, deploro quotidie mecum super miserias captivitatis meæ.

Heu miseria super miseriam! cum misera anima mea à te refugit, cum quo semper abundat, & gaudet, & sequitur mundum, cum quo semper eget, & dolet. Mundus clamat, deficio: tu Domine clamas, reficio; & miseria mea pravè magis sequitur deficientem, quàm reficientem.

(a) D. August. c. 8, Medit.

Planè infirmitas mea hæc est. Medicè furituum,
 sana illam; ut confitear tibi, salus animæ meæ,
 toto corde meo super omnibus beneficijs tuis,
 quibus pascis me à juventute mea, & usque in
 senectam, & senium. Te deprecor per te ipsum,
 ne derelinquas me: fecisti me, cum non essem;
 redemisti me, cum periissem, perieram, mor-
 tuus fueram; ad mortuum descendisti, mor-
 talitatem suscepisti: ad servum Rex descendisti;
 ut servum redimeres, te ipsum tradidisti. Ut
 ego viverem, tu mortem suscepisti, mortem vi-
 cisti. Me instaurâsti, cum te humiliâsti.

(a) Hoc confiteor, hoc scio, Domine DEus
 meus, quia ubicunq; sum sine te, malè est mihi
 præter te, non solùm extra me, sed etiam in me.
 Quia omnis copia, quæ non est DEus meus,
 mihi est egestas, satiabor tunc, cum aperuerit
 gloria tua. Et tu, Domine vita mea beata, fac,
 ut miseriam meam confitear tibi ex quo ab u-
 nitate bonitatis tuæ, summo, & uno bono, tem-
 poralium rerum multiformitas lapsum me per
 carnales sensus, dissipavit, & ab uno in multa di-
 visit, & facta est mihi abundantia laboriosa &
 egestas copiosa: dum aliud sequebar, & à nul-
 lo implebar: dum non in me inveniebam te in-

K 4 com-

(a) Cap. 13. soliloq.

comutabile, & singulare indivisum unum, bonum
quod consecutus, non egeo; quod consecutus
non doleo; quod possidens, fatiatur totum desiderium
meum.

O lux mentis! ô lucens veritas! ô vera charitas!
quæ illuminas omnem hominem veritatem in hunc mundum!
venientem quidem sed non diligentem: quia, qui diligit mundum
inimicus Dei constituitur. Expelle tenebras
super faciem abyssi mentis meæ: ut videat te intelligendo,
ut cognoscat te comprehendendo, ut diligat te, cognoscendo.
Quisquis enim cognoscit te, diligit te, sui obliviscens, amat te
quàm se; relinquit se, & venit ad te, ut gaudeat de te.
Hinc est ergò Domine, quòd non tantum diligo, quantum debeo;
quia non plane cognosco te: sed quia parum cognosco, parum diligo;
& quia parum diligo, parum in te gaudeo; sed à te vero gaudio
interiori per exteriora recedens, de te solo careo, adulterinas
amicitias in his exterioribus quæro. Et sic miser ego cor meum,
quod tibi soli debui toto amore, totoque affectu impendere,
vanis dedi: & idcirco vanus effectus sum, dum vanitatem dilexi.
Hinc etiam est Domine, quòd in te non gaudeo, & tibi non adhæreo:
quia ego in exterioribus,

in inferioribus, ego in temporalibus, tu in spiri-
tualibus, ego in tansitorijs animo diffundor, co-
gitatione versor, locutione implicor, & tu Do-
mine in æternis habitas, & æternitas es, tu in
coelo, ego in terra, tu diligis alta, ego infima,
tu coelestia, ego terrestria, & quando poterunt
hæc contraria convenire?

(a) Hæ sunt umbræ tenebrarum, quibus ope-
rior in hac abyfso caliginosi carceris hujus, in
qua prostratus jaceo, donec aspiret dies, & incli-
nentur umbræ, fiatque lux in firmamento vir-
tutis tuæ. Vox Domini in virtute, vox domini
in magnificentia, dicat: fiat lux, & effugentur
tenebræ: & appareat arida, germinetque terra
herbam virentem, & facientem semen, & fru-
ctum bonum justitiæ regni tui Domine Pater, &
Deus, vita, per quam omnia vivunt, & sine qua
omnia mortua computantur, ne derelinquas
me in cogitatu maligno, & extollentiam ocu-
lorum meorum ne dederis mihi: aufer à me
concupiscentias, & animo irreverenti, & infu-
mito ne tradas me, sed posside cor meum, ut te
cogitet semper.

(b) Illumina oculos meos, ut te videant, &
non extollantur ante te gloria sempiterna: sed

K 5

humi-

(a) Cap. 12, soliloq. (b) Cap. 12. soliloq.

humiliter sentiant non in mirabilibus super se
 & quæ à dexteris sunt videant, & non quæ à sinis
 abs te. Et palpebræ tuæ præcedant gressus
 meos: nam & palpebræ tuæ interrogant filios
 hominum. Allide concupiscentiam meam dulcedine
 tua, quam abscondisti timentibus te, ne
 concupiscam te in concupiscentijs sempiternis
 ne vanis illectus, & deceptus interior gustus
 ponat amarum dulce, & dulce amarum, tenebras
 lucem, & lucem tenebras, ut liberari in medio
 tot decipularum possim ab inimico superare
 faciem viæ hujus positarum, ad capiendas animas
 peccatorum, quibus plenus est totus mundus.
 Quod is, qui vidit, sub silentio non transiit,
 inquit: Quicquid enim est in mundo, aut est
 concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum,
 aut superbia vitæ.

(a) Ecce Domine Deus meus, mundus totus
 plenus est concupiscentiarum laqueis, quos per-
 raverunt pedibus meis, & quis effugiet hos laqueos?
 Profectò à quo tu abstuleris extollentiam oculorum
 suorum, ut non eum capias concupiscentia oculorum,
 & à quo tu abstuleris carnis concupiscentiam,
 ne eum capias carnis concupiscentia, & à quo tu
 abstuleris mundum

(a) Cap. 12. soliloq.

num irreverentem, & infrunitum, ne eum calidè decipiat superbia vitæ. O quàm felix, cui hæc tu facies! quippe transibit immunis.

Nunc Redemptor te precor per te, adjuva me, ne corruam in conspectu adversariorum meorum, captus laqueis eorum, quos paraverunt pedibus meis, vt incurvent animam meam. Sed erue me virtus salutis meæ, ne sibi risum exhibeant de me inimici tui, qui oderunt te. Exurge, Domine Deus meus, & dissipentur inimici, & fugiant, qui oderunt te, à facie tua; sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie tua, & ego abscondar in abscondito faciei tuæ, & gaudeam cum filijs tuis, satiatus omnibus bonistuis. Et tu, & Domine Deus Pater Orphanorum: & tu mater pupillorum tuorum, audi ejulatum filiorum tuorum, & extende alas tuas, ut fugiamus sub eas à facie inimici. Turris fortitudinis Israël, qui non dormitas, neque dormis custodiens Israël: quia non dormit, neque dormitat hostis, qui impugnat Israël.



§. V.

Gravitas peccati ex novissimorum acerbitate peccatorem affligente ostenditur.

EXsurge tandem aliquando ô peccator! quæ adhuc dormis ad vanitatis tumbam, & in tumultu peccatorum defossus lucem veritatis & lumen justitiæ non agnoscis; exsurge, tempus est, tolle grabbatum tuum, & ambula vias veritatis ne de tenebris deporteris in tenebras exteriores ubi inter fletum & dentium stridorem conituaris æternùm perditus in regione mortis sempiternæ. Vade & alterum peccati malum considera: mortis brevi instantis amaritudinem merito ingemiscat peccator, (a) ô mors! quam amara est memoria tua: mors enim peccatorum pessima est.) Et quomodo pessima non esset mors illa, (quando affligent præterita, torquent præsentia, excruciant mox instantia, & desperationem propè abripiunt æternùm duratura: ô mors! quam amara est memoria tua circumdabunt enim peccatorem mala, quorum non est numerus, quia comprehendent cum iniquitates ejus & funibus peccatorum confra-

(a) Crystost. ad populum Antioch.

ctum cogent ingemiscere,) & primò quidem amara erit peccatori mortis memoria, ob ipsa præsentia, quæ cogetur amittere, quæ quo chariora habuit, eò ampliorem dolendi materiam subministrabunt, (non enim sine dolore dimittitur, quod possidetur cum amore,) interea tamen illi relinquenda erunt omnia, etiam quas toto corde sectatus est vanitatum illecebras, (a) quid enim aliud mori est, nisi relinquere omnia in hoc mundo sensibilia, & spectabilia;) tunc valedicendum erit carni, quæ nunc crispatis superbit comis, roseis purpurascit genis, quæ lacteo candet nitore, coralinis ludit labris, quæ bysso induitur, & purpurâ, cuius auribus quidquid jucundum, oculis quicquid pulchrum, naribus quicquid odoriferum, faucibus quicquid dulce, manibus quicquid mole est nunc offertur, illi inquam valedicendum erit, hæc jacebit sine voce muta, sine auditu surda, sine visu cæca, sine motu rigida, sine calore frigida, sine sensu stupida, sine vita mortua, putabit, fætebit, contabescet, computrescet, purè, & sanie diffluet, corrodetur à vermibus, & tandem in cineres convertetur: tunc cadent emarcidæ, quæ te coronabas voluptatum rosæ, diffluet è manibus, quæ

nunc

(a) D. Zeno.

nunc demulces animos, & captivas in scele
duxisti toties animas, testudo cum cythara, tun
obrigescet agiles, nunc in saltum pedes, com
cescet lenocinans epithalamij blandiens voc
la, claudentur vagi, ad venandam Venerē oc
li; verbo tunc confundetur superbia, exspol
bitur avaritia; obmutescet jactantia, palle
audacia, frigebit Venus, & luxuria; & quis tun
pectore sensus stabit peccator? Heu quantum
tunc doloris, quantum afflictionis addent aff
cto mortis metu animo hæc omnia, quæ tra
fierunt tanquam umbra: quàm amara erit me
moria dierum pristinorum. O dies! quàm ma
ti numero, quàm æstimabiles pretio, quo dec
nâstis in ictu oculi transierunt, quot dies vix
pueritia inutiliter, in adolescentia perniciosè,
juventute turpiter, & peccaminosè; Ubi nun
dies illi geniales, quas lætus & alacer tradun
in convivij helluando, in conventiculis tripe
diando, in phæristerij ludendo, in foro otian
do, obscœna confabulando, lasciva sectando
verbo ubique peccando, transierunt! Sed
cum ijs transierunt dies salutis, dies meriti, die
jubilæi, dies placandi Dei, dies promerendi ce
li, agendæ pœnitentiæ, augendæ gratiæ, ob
nendæ gloriæ.

Nun

Nunc vetò tristes insonat Nænia, & (tempus non est amplius,) abeundum est, claudetur scena vitæ, ô mors quàm amara est memoria tua! & id unicum restat ut vel de momento reddatur ratio sine commiseratione implacabilis; ô infelix vitæ clausula peccatricis! sed non minùs doloris addent futura, præteritis ponderatis in illa mortis lucta, recordare & sapè, dum tempus adhuc favet, ô peccator recordare angustiarum! quandò anima ultimo veluti sociata vitæ spiritui valefactura corpori, videbit se ab eodem deceptam, mala omne recolet, quæ propter peccata mox incurret, ô quis tunc sensus? quis terror? quis metus? quæ lucta erit cum infelici, & seductrice corpore: ô infelix corpus intra se gemens anima! (inquiet) tu initium, tu finis, calamitatis hujus, ô non amplius consors, sed hostis! non adjutor, sed persecutor! tu mihi non eris post hac domicilium, sed carcer! ô infelix! ô maledicta caro, quanti mihi jam constant momentaneæ illæ tuæ voluptates! ô fætida caro propter te vacavi tot ebrietatibus! propter te tot perpetravi impuritates, comisi in confessionalibus sacrilegia, indulsi illecebris, dedi me spurcitijs; hæc ne erat digna æstimatio propter saccum stercoreum amittere regnum cœ-

cœlorum, propter vilem, & truncum putredinem
 æternæ vitæ jacturam facere, perge ergo
 perge sceleratum corpus, per viam, quam mihi
 & tibi instravisti, perge ante conspectum irati
 & à nobis toties offensi judicis, sinistram eius
 dem cum improbis manum tenere, & infamissimam
 maledictionis æternæ sententiam percipere. O Spiritus
 tartarei nunc vester, quidem sine redemptione æternum
 captivus ero: maledicta dies nativitatis meæ, maledicta
 hora seductionis meæ, quâ capi terrenis æternis
 na illa cœli gaudia stultissimè amittere, & commutare.
 ô quam violentus hic erit animæ tuus mi peccator!
 præsertim ubi adhuc ipse demonstrari non feriat
 se lectulo mortali visibilem tibi sistere, scenamq;
 exhibere ante oculos, quam post unum fortè horæ
 dimidium, ubi claudere oculos, tragicam cum anima
 tua aget coram iudice supremo. (a) Æquissime
 inquit, pater deus, iudex judica; iudicium, & iustitia
 præparatio levis distuæ; judica meum esse, qui tuus
 esse nolui; meus est, mecum damnandus est, post
 renunciationem; ut quid intravit partes meas?
 quid apud ipsum faciebat impudicitia, cui ipse
 renunciarat, quid intemperantia? quid avaritia?

(a) S. Aug. orat. contra Judæos & Paganos,

quid ira? quid superbia? quid cætera mea? postremo fugientem à me, confugientem ad te, postea cum meis, quibus renuntiaverat, apprehendi, in vasorem detinui, in ipsa quodammodo mea possessione à me apprehensus est; quid enim in circo faciebat, atque ibi furias, lites, insanas voces miscebat, cum jam à se alienus sibi met, inter pocula videbatur? quid in theatro faciebat, renunciator turpium voluptatum? quid in amphitheatro crudelitates sævas oculis suis intuendo? hæc omnia mea post renuntiationem (per confessionem sacramentalem) de novo invasit, scilicet meus esse voluit; & mea concupivit: judica, judica æquissimè, quia quem tu non dedignatus es tanto pretio liberare, ipse mihi se postmodum voluit obligare, non potes non sententiam contra hos perfidos pronuntiare, eosque mihi adjudicare, mei enim semper fuerunt, & in omnibus voluntati meæ satisfecerunt; tui quidem erant, quia tu eos creaveras ad imaginem, & similitudinem tuam, perditos quoque, proprio tuo sanguine redemeras, sed obedientiam, quam tibi debebant, excesserunt, & mihi per omnia paruerunt, mandata tua prævaricati sunt, & mea semper observârunt, spiritu meo vixerunt, opera mea imitati sunt, vias meas

L

ambu-

ambulaverunt; vide itaque æquissime, quanto
 potius jus meum in illos sit, quàm tuum, nihil
 illis dedi, nihil illis pollicitus sum, mercedis æ-
 ternæ: corpus meum in cruce illis non peper-
 dit, & tamen meis præceptis per omnia & noc-
 tuis paruerunt. Si mandarâm illis, ut jurarent
 pejerarent, furarentur, occiderent, fornicatio-
 nes; adulteria committerent, & sic nomen, &
 honorem tuum abnegarent, omnia hæc animæ
 promptissimo fecerunt, pro te autem qui Deus
 & Creator, & Redemptor eorum es, qui largi-
 tus illis eras opes, vitam, salutem, qui & gratiam
 illis offerebas, & gloriam promittebas, & quæ
 super hæc omnia pro eis passus eras in cruce
 nec minimum quidem pro his omnibus pericu-
 lum adire voluerunt, quoties tu ad ostia eo-
 rum venisti ulcerosus, nudus, pauper, atque
 famelicus: illi tamen magis solliciti fuerunt,
 quomodo canes, & æquos saturarent, quàm
 ut tibi stipem darent; magis quomodo ædium
 suarum parietes serico & auro induerent; quàm
 ut te detritâ veste cooperirent: Justum igitur
 est, & vel semel tantæ majestatis tuæ injuri-
 am, & contemptum ulciscaris. Hæc inquam
 & similia luctanti cum mortalibus angoribus
 peccatrici animæ mox eventura proponet da-

mon, & quis metus, quis horror, quis tunc an-
 gor occupabit miseram animam, si enim per dif-
 ficile nobis accidit in hac vita coram honesto
 viro confundi, vel nostras occultas fragilitates
 modò detegi, quid erit animæ, cum illi objicien-
 tur, omnia etiam quæque spurcissima, quæ
 hucusque abscondit, coram facie totius orbis
 patefieri, imo in conspectu illius, quem offen-
 dit gravissimè, quem contempsit, & à quo jam
 districti iudicij sumet sententiam. (O verè iræ
 animæ peccatrici, quia veniet tanquam tempe-
 stas interitus ejus,) ô mors! amara erit memoria
 tua, verùm si amara adeo erit, vel sola memo-
 ria, reæ coram supremo iudice accusando
 conscientiæ, quantò acerbior accidet luctuosa
 memoria fulminatricis æternum illius ad
 malæ mortis ictum secuturæ sententiæ.
 (Ite maledicti in ignem æternum, qui præpa-
 ratus est diabolo & angelis ejus,) ô quis hanc
 funestam recordationem horror, quis terror,
 quis metus consequetur: an tunc reputabis
 dignum, modicum hoc; quo vixisti, fallaci
 mundo, voluptatum illecebris, & peccatis in-
 seruisse; prò DEum quis angor laceffet animum
 cogitantem! ergonè in æternum degere me op-
 portebit, ac conversari inter tam terribiles spi-
 rituum

rituum larvas, ergone semper spectabo obve-
 santia oculistam horrenda monstra, si magnam
 adeò nobis terrorem incutit defuncti cupi-
 diam umbra, ut horreamus nocturno tempore
 sepulchra subire, aut repleta ergastula; si
 memus nocturno tenebrarum horrore incol-
 re cubiculum, aut sine lumine ingredi, in quo
 defunctum cadaver jacet, & si contingat cadaver
 vel momentaneo etiam motu se movere, con-
 gelatur præ metu sanguis, vox faucibus hæret
 pili in vertice eriguntur præ trepidatione
 quis terror (immortalem DEUM?) erit præ-
 tere illas damnatorum angustias, cum undique
 in illa spissa horribilium tenebrarum caligine
 qua involvuntur, innumera multitudine mi-
 lignorum spirituum; larvarum turpissimarum
 atque horribilium dæmonum assumptis, vel
 aëre, vel ex illa orci caligine, vel aliunde cor-
 poribus varias formas induentium ac sua mor-
 strositate terrentium circumdatos se esse con-
 spiciunt, simulq; vident miseri spem omnem
 creptam ullius vel minimi solatij, æternumque
 de sua salute desperatum esse. Quis horror
 rit jam jam expiranti sibi que malè confici-
 peccatrici animæ? cum auribus obversabuntur
 quasi jam jam perciperet eorundem damnato-

rum ploratus & ululatus, quem lessum sibi in
 omnem æternitatem occinendum cogitabit:
 (a) quomodo nimium amarissimè illachryman-
 tes, ejulantesque dicant, ô quo pacto in negli-
 gentia, atq; torpore tempus nostrū transegimus!
 ô quomodo illusi sumus! ô quomodo divinam
 scripturam audientes iridentesque; nos ipsos
 irrisimus; ibi Deus loquebatur nobis per scriptu-
 ras, & non attendebamus, hic nos jam clama-
 mus, & ipse suam à nobis faciem avertit. Quid
 nobis proderant mundi illecebræ, ubinam, qui
 nos genuit pater, ubi quæ nos peperit mater,
 ubi filij, ubi amici, ubi divitiæ, ubi substantiæ,
 atque possessiones, ubi turbæ sociorum, ubi
 convivia, ubi deliciæ, ubi variæ, & intempe-
 stivæ conversationes, ubi Reges, atque Poten-
 tes? quomodo à nullo eorum salvari modò
 possumus; neque verò nobis ipsis opem adfer-
 re; at penitèrs derelicti sumus à DEO, & à San-
 ctis ejus (b) ô nos miseros! ergo erravimus à
 viâ veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis.
 Quis horror erit? cogitare: jam jam in se verifi-
 candum illud Prophetæ (c) Nunc ergo finis
 super te, & immittam furorem meum in te, &
 judicabo te, juxta vias tuas, & ponam contra te

L 3

omnes

(a) S. Ephrem. tract. de renunt. (b) Sap. 5. (c) Ezechiel. 7.

omnes abominationes tuas (a) ô quis quis
 flagitiosus, qui propter malefacta & adulter
 non solum tenebras non horres, sed quar
 non tales instant tenebræ, in quibus voluptat
 bus carnis oblecteris, sed ubi erit fletus, & hor
 dor dentium, tortor sine defectu, & tortor
 sine defectu (b) Nunc ergo de propinquo effu
 dam iram meam super te, & complebo furor
 rem meum in te (ô peccatores veniet tempus
 (c) & scietis, quia ego Dominus percuter
 (d) Ecce servi mei commedent, & vos esuriet
 tis; mei lætabuntur, & vos confundentur
 ni; ecce servi mei bibent, & vos sitietis
 ecce servi mei lædabunt præ exultatione
 cordis; & vos clamabitis præ dolore cor
 dis, & præ contritione Spiritûs ululabitis. Sa
 licet ponentes præ rabie, & desperatione in ce
 lum os vestrum immanes in DEum, & calid
 blasphemias evometis: maledicetis diei, & hor
 ræ, quâ nati estis, parentibus, qui vos genuer
 runt, uberibus, quæ vos lactaverunt, aëri, qu
 spirastis, terræ, quâ calcastis, & videntes vos tot
 æternitate futuros miseros, tanquam jam
 destituti, tanquam furentes leones irruentes
 horrendum, ut rabidi canes ululabitis, ut de
 sperati toti vos lachrymis, & lamentis dabit

(a) S. August. in Ioän. 12. (b) Ezech. 7. (c) Ibidem. (d) Isaiæ 64.

atque oculis in cœlum, terramque & omnes mundi partes circumjectis exclamabitis. O cœli nobiscum plorate! & sempiternos gemitus nostros sociate. O elementa nostrarum miseriarum commiseratione tangamini! O ignis combure! ô aqua submerge! ô terra absorbe nos ita, ut prorsus enecemur, conteramur, atque in nihilum redigamur: ô montes! ô colles cadite super nos, necem nobis inferte, atque sub vestris ruinis æternùm sepelite. Hæc & similia quando luctuosa velut, in scena conflitantē cū morte animā adhuc ampliùs angustiant: ô peccator recordare, dum tempus est, quàm tunc amara erit mors tua, & si sapis, præverte, ut tunc has dolorosas angustias evadas.

§. VI.

Affectus D. Augustini novissima peccatorum detestantis.

VÆ mihi misero! cùm venerit dies judicij, & aperti fuerint libri conscientiarum: cum dicetur de me: Ecce homo, & opera ejus, quid faciam tunc, Domine DĒus meus, cum cœli revelabunt iniquitatem meam, & adversum me terra consurget? Ecce nihil respondere

L 4

pote-

potero, sed demisso capite præ confusionem coram te stabo trepidus, & confusus.

Et tu Domine JESU, ubi sunt misericordie tuæ antiquæ? Nunquid irasceris mihi in finem? Placare obsecro, & miserere mei, & non avertas faciem tuam à me, qui pro me redimendo non avertisti faciem tuam ab increpantibus, & conspuentibus in te. Fateor, quia peccavi, & conscientia mea meretur damnationem, & penitentia non sufficit ad satisfactionem, sed certum est, quod misericordia tua superat omnem offensionem. Noli, quæso, pijsime Domine, scribere adversum me amaritudines meas, ut intres in iudicium cum servo tuo, sed secundum multitudinem miserationum tuarum, deleatam sit iniquitatem meam.

(a) Miserego, quando poterit obliquitas mea tuæ rectitudini adæquari! tu verè bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu sanctus, ego miser, tu justus, ego injustus: tu lux, ego cæcus: tu vita, ego mortuus: tu medicina, ego æger: tu gaudium, ego tristitia: tu summa veritas, ego universa vanitas: ut omnis homo vivens. Heu quid igitur! ô Creator dicam, auctor, ô creator Creatura tua sum, jam perij: creatura tua

(a) Cap. 2, soliloq.

tua sum, jam morior, factura tua sum, jam ad nihilum redigor: Plasma tuum sum, manus tuæ Domine fecerunt me, & plasma-
verunt me: Manus inquam illæ, quæ affixæ
clavis sunt pro me. Opus manuum tuarum Do-
mine ne despicias; vulnera manuum tuarum
precor, ut aspicias. Ecce in manibus tuis Domi-
ne Deus descripsisti me, lege ipsam scripturam,
& salva me. En ad te suspiro creatura tua: Crea-
tor es, recrea me. En ad te clamo factura tua:
vita es, vivifica me. En ad te respicio tuum pla-
sma: plasmator es, restaura me. Parce mihi Do-
mine, nihil enim sunt dies mei.

(a) Quid est homo, ut possit alloqui DEum
Factorem suum? Parce mihi colloquenti tibi.
Ignosce servo tuo, qui præsumit loqui tanto Do-
mino: Legem non habet necessitas. Dolor
me compellit dicere: calamitas, quam patior,
cogit me exclamare: Ægrotus sum, ad medi-
cum clamo: Cæcus sum, ad lucem propero:
Mortuus sum, ad vitam suspiro. Tu es medi-
cus, tu lux, tu vita: JESU Nazarene, miserere
mei, Fili David miserere mei, fons misericordiæ,
audi, quid ad te clamat infirmus. Lux, quæ
transis, expecta cæcum, præbe ei manum, ut ad
te veniat, & in lumine tuo videat lumen. Vita

L 5

VI-

(a) Cap. 2. soliloq.

vivens, revoca mortuum. quid sum ego, qui lo-
 quor tecum? Væ mihi Domine, parce mihi
 Domine. Ego cadaver putridum, esca vermium
 vas fætidum, cibus ignium. Quid sum ego, qui
 loquor tecum? Væ mihi Domine, parce mihi
 Domine. Infelix ego homo. Homo, inquam
 natus de muliere, brevi vivens tempore, reple-
 tus multis miserijs. Homo (inquam) vanitati
 similis factus, comparatus jumentis insipientibus
 etiam similis factus illis.

(a) Quid iterum ego? Abyssus tenebrosa
 terra misera, filius iræ, vas aptum in contume-
 liam, genitus per immunditiam, vivens in miseria,
 moriturus in angustia. Heu miser, quid
 sum? quid futurus sum? vas sterquilini, concha
 putredinis, plenus foetore, & horrore: cæcus
 pauper, nudus, plurimis necessitatibus subditus,
 & ignorans introitum, & exitum meum, mi-
 ser, & mortalis. Cujus dies sicut umbra præ-
 tereunt, cujus vita sicut umbra lunatica evane-
 scit, sicut flos in arbore crescit, & statim marce-
 scit, nunc floret, & statim aret, vita (inquã) mea
 vita fragilis, vita caduca, vita, quæ quantò magis
 procedit, tantò magis ad mortem accedit.
 vita fallax, & umbratica, plena laqueis mortis.

Nunc

(a) Cap. 2. de soliloq.

Nunc gaudeo, statim tristor; nunc vigeo, sæpè infirmor, nunc vivo, statim morior; nunc felix appareo, semper miser; nunc rideo, jam fleo. Sicque omnia mutabilitati subjacent, ut mihi vix hora una in uno statu permaneat. Hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc sitis, hinc calor, hinc frigus, hinc languor, inde dolor exuberat. Subsequitur his importuna mors, quæ mille quotidie miseros homines inopinatè rapit. Hunc necat febribus, illum opprimit doloribus, hunc consumit fames, illum sitis extinguit: hunc suffocat aquis, illum interimit flammis, alium è dentibus bestiarum ferocium vocat, hunc trucidat ferro, illum veneno corrumpit, alterum tantùm repentino terrore miseram vitam finire compellit. Et nunc super hæc omnia magna miseria, quia cum nihil sit certiùs morte, ignorat tamen homo finem suum. Et cùm stare putat, colliditur, & perit spes ejus. Nescit enim homo quando, vel ubi; quomodo morietur, & tamen certùm est, quòd eum mori oporteat.

(a) Ecce, Domine, quàm magna miseria hominis, in qua sum, nec timeo; quàm grandis calamitas, quam patior, nec doleo! & ad te non

(a) Cap. 2. de soliloq.

non clamo! Clamabo, Domine, antequam
 transeam, si fortè non transeam, sed in te man-
 am. Dicam ergo, dicam miseriam meam
 confitear, nec erubescam ante te, vilitatem
 meam. Adjuva me fortitudo mea, per quam
 sublevor, succurre virtus, per quam suscitator:
 veni lux, per quam video: appare gloria
 per quam gaudeo: appare vita, in qua vivam
 ô Domine DEus meus!

§. VII.

*Gravitas peccati ostenditur ex ratione
 sensæ, quia Deo optimo, justissimo, sapientissimo
 & sanctissimo cum contemptu gravissimo ad-
 versatur.*

PEccasti ô peccator! vis nôsse quanta sit gra-
 vitas, vel unius etiam momentaneâ illicitæ
 voluptatulâ & illecebrâ commissi peccati, ecci-
 ea est, pro qua etiam totâ, & interminabili æ-
 ternitate condignum satisfactionis pretium ne-
 que tu, neque ullus etiam Sanctorum in celo
 Spirituum pendere potest: Peccâsti, & ecci-
 avertisti te à Deo & omni tibi à DEO præparate
 bono: quod quantum malum sit, ex eo collige,
 quod juxta sanū omnium sapientum iudicium
 averto

averſio ab omni dignitate ſum̃a ſit abiectionis,
 ab omni pulchritudine, compendiũ omnis de-
 formitatis, ab omni ſapientia imago inſipientiæ,
 ab omni bonitate ſupremũ ſit malitiæ ſaſtigium;
 quid autem, quaſo, Deus eſt: quid Dei eſt natu-
 ra, niſi bonitas, niſi ſapientia, niſi pulchritudo, ni-
 ſi gloria, niſi Majeſtas: verbo: quid DEUS, niſi
 ſons omnis perfectionis, in quo omnes theſauri
 ſunt abſconditi, & ab hoc te avertiſti, dum pec-
 caſti, ô cæce nundinator! ô peccator! imò non
 tantũ avertiſti, ſed incompenſabili per te con-
 temptu ejuſdem divinae Majeſtatis dignitatem
 violãſti, authoritatem læſiſti, contempſiſti, in-
 juriãſti. O enormitas injuriæ! ô gravitas con-
 temptus, ô malitia contumelioſæ deſpectionis
 Majeſtatis illius, quã adorant Angeli, atque
 Arch-Angeli, irrogata; Certè ſi gravitas injuriæ
 ex dignitate perſonæ offenſæ ita creſcit; ut
 quæ in pari levis, in nobiliori gravior, in Prin-
 cipe, ac Regia perſona graviffima eſſe judicetur;
 illam, quæ in infinitã Majeſtatẽ deſævire impu-
 dentiffimè non veretur, quantam eſſe arbitra-
 bimur? præſertim ubi penſaverimus vilitatem
 perſonæ, quæ turpi deſectione, & contemptu
 in Dominum ſui amantiffimum, in patrem op-
 timum, omni obſervantiã, & reverentiã dig-
 niſſi-

nissimum verbo in ipsum Creatorem suum
 surgere peccando præsumit, e contra dignitatem
 personæ offensæ, modumque ipsum, quo gravi-
 simè offenditur æquâ lance, ac saniori iudicio
 discussimus. O Divina, atque infinita boni-
 tas! admirabimur sanè, quomodo fieri potuerit
 ut à summo bono peccator se avertens, & ad tam
 horrendum monstrum peccatum se convertat.
 ad monstrum inquam illud, quod est amissio
 & quasi (quantum est de se) destructio sum-
 mi boni est, congeries malorum omnium,
 læsio Majestatis supremæ, & indignationis Di-
 vine concitatio, privatio omnis gratiæ, & felici-
 tatis nostræ, denique deformitas fædissima
 sine quâ ipse dæmon speciosa DEi foret imago
 & ipse homo (a) comparatus est jumentis im-
 pientibus, & similis factus est illis. Merito cum
 Propheta attoniti exclamabimus: (b) Obstu-
 pescite cœli super hoc, & portæ ejus desolami-
 ni vehementer! (c) Dico enim mala fecit
 populus meus: me dereliquerunt fontem a-
 quæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas,
 quæ continere non valent aquas; cum Deo re-
 licto creaturis adhæserunt. Arguet te malitia
 tua, & aversio tua increpabit te. Scito, & vide-
 quam

(a) Psal. 48. (b) Jerem. 2. (c) August. super hunc
 cum.

quàm amarum eſt reliquiſſe te Dominum
 DEum tuum. Igitur ſi te conſideras ô homo
 peccator! quis es, qui audes inſurgere pulvis
 & cinis in Factorem tuum. (a) Quis es, quo ad
 corpus, niſi homo natus de muliere, brevè
 vivens tempore, multis repletus miſerijs, qui
 flos egreditur, & fugit velut umbra, & nun-
 quam in eodem ſtatu permanet: ortus de terra,
 & putredine in terram fors cogitatu citius re-
 ſolvendus, vas fragile, eſca vermium, terra
 miſeriæ, filius iræ, concha putredinis, plenus
 fæto, & horrore: vanitatum vanitas, um-
 bra præteriens, & inconstantia. Quis es, quo
 ad animam eductus ex abyſſo nihili, quæ illius
 origo eſt; & ad ſimilitudinem quidem DEI
 conditus; verùm quàm turpiſſimè dæmoni, &
 peccato ſerviens toties oblitteraſti, quoties à
 DEo Factore tuo per peccatum recessiſti. Hanc
 inordinatis plenâ affectionibus, pravis defæda-
 tam habitibus, & ad fæda, quæque inclinata
 carni ignominioſiſſimè ſubditam; dæmoni sæ-
 pè mancipatam, mundi periculis obnoxiam,
 concupiſcentijs brutalibus illigatam, in corpore
 veluti in carcere captivam; tenebris intellectus
 obſcuratam Deo (cui jure omni deberetur)
 ſub-

(a) Job 14.

subtraxisti, & abstulisti. Quis ergo es ô homo
 qui tot subjectus calamitatibus, tot afflictus mi-
 serijs, tot circumvallatus periculis, vilis ab om-
 nigena, vilior in progressu iniquitatis, vilissimus
 interitu viæ animæ peccatricis, audes te Deo Pa-
 tratori, & Creatori tuo scelestissimè opponere.
 scelus! ô iniquitas abominabilis! quæ tantò cre-
 scit amplius, quò non modo major est vilitas de-
 linquentis, quàm etiam sit Majestas offensi-
 modi despectuosus offensionis. Reus igitur
 fis læsæ divinæ atque infinitæ Majestatis per pe-
 catum, gravissimamque tantæ dignitati irrogatam
 injuriam; Primò dum eum tibi ubique præ-
 sentem, te, scelusque tuum intuentem contem-
 nis, & quod in conspectu viri gravis erubescer-
 res facinus, hoc in conspectu magni DEi pe-
 trare non formidas: (a) cùm tamen oculi ter-
 rus adeò mundi sint, ut ad iniquitatem respice-
 re non possint. Certè plùs ipso scelere apprehen-
 debat olim Rex Asuerus, quod de Amano audiret,
 illū eò processisse audaciæ, ut etiã in conspe-
 ctu Regis violare reginam non vereretur: (b)
 tiam me præsentem (dicebat) Rex Reginam
 vult opprimere: apprehendite eum in ligno &c.
 Et quem tu aliquando vultum, quam vocem
 à Deo

(a) Abac. 1. (b) Esther. 7.

teneres; quæro? quid facturus esses, si te pergeret, ille laceffere, detestari, execrari, vitari tibi, felicitatemque omnem ablaturus, si posset, tu tuum, ô miserandum cæce peccator non vides, non sentis periculum, cum parâ imò graviora etiam adversus omnipotentem Deum, te tuamque vitam in momenta singulari sustentantem; tui minimè indigum, sibi que sufficientem audes. Quis furor? quæ amentia hæc? ô stultum consilium! adjicio ultrò, quod illum offendas DEum sumum atque unicuique tuum, omnisque creaturæ bonum, ex quo quicquid boni ulli subest creaturæ, tanquam Authore profluxit; à quo tanquam fonte hæc tenus omne bonum, quod possedisti, pro manavit. Hæc recolens ô peccator revertere & peccati gravitatem penitius recognosce commissaque deprecare, & committenda amittens detestare: revertere, dum adhuc tempus est ex toto corde ad misericordiarum Patrem, & dic: ô DEus meus, & omnia, quò peccata innumera mea à te præcepta abij, quam execrando, & mihi periculoso certamine adversus benignitatem tuam mea malitia decertavisti. O immensa Majestas hæccine à creaturarum vilissima sustinere poteras? tuis ego tot, tantaque

in oculis in tam excelsi Regis præsentia patrare
 sum ausus, non revereri Authoritatem, non
 suspicere sapientiam, non æternitatem intue-
 ri, non formidare omnipotentiam, non am-
 plecti tam admirabilem bonitatem? (a) Tu ter-
 ribilis es, & quis resistet tibi? & quomodo te
 laceffere non sum veritus; tu es DEus, (b) qui
 glorificaris in Concilio Sanctorum: & quomo-
 do ego terræ pondus inutile, vilis vermiculus te
 contemnere non erubui? tu mandâsti, (c) Do-
 minum Deum tuum adorabis, & illi soli servies;
 & quomodo ego ingratum opus manuum tu-
 arum servire carni, mundo, & dæmoni ausus
 sum? (d) Tu Dominus scrutans cor, & probans
 renes; qui das unicuiq; juxta viam suam, & jux-
 ta fructum ad inventionum suarum. Et quo-
 modo in conspectu judicis mei, & quidem judi-
 cis severissimi, qui etiam (de quolibet verbo o-
 tioso, quod locuti fuerint homines, rationem
 exiget) tantâ impudentiâ delinquere non hor-
 rui? ô verè confusio nunc cooperuit faciem me-
 am, quia peccavi in tantum Dominum, &
 DEum meum; Sed Benedictus, & iterum Be-
 nedictus est Dominus, qui tamen inter hæc
 omnia adhuc amabilissimum misericordiæ suæ.

M 2

ocu-

(a) Psal. 79. (b) Psal. 88. (c) Deut. 6. (d) Jerem. 17. (e)

oculum non avertit à me. Gratia igitur sint
 immortales tibi Creatori meo, quod continue-
 ris creaturas, quæ faciunt omnes voluntates tu-
 as, ne me perderent, cum ego iniquissima crea-
 tura sanctissimæ voluntati tuæ refractariè resi-
 sterem. Gratia infinitæ tibi DEo Cœli, quod
 Angelos divinæ justitiæ ministros, qui con-
 sortes suos unius modo delicti reos præcipites
 in æternum infelicitatis barathrum dederunt;
 qui Adamum ob unius pomi esum Paradyso e-
 jecere, hucusque continueris, ne me ferirent,
 imò meæ adhuc eos custodiæ deputasti, mille-
 que vijs, ac suffragijs patrocinari iussisti. Gratia
 tibi DEus Dominator super omnem terræ crea-
 turā; quòd terrā dehiscere prohibueris, ne me in-
 utile pondus absorberet, ut olim Dathā, & Abirō
 murmurantes; quòd ignem de Cœlo non sub-
 miseris, qui me ut olim Sodomam, & Gomorre-
 ham obscæno igne flagrantes, consumpsisset;
 quòd aquæ non imperaveris, ut me velut refra-
 ctarios verbis tuis Ægyptios vorticibus suis in-
 volveret, & ad portas æternæ mortis trans-
 ferret. Verbo cum ego maleficijs, tu beneficijs
 mecum, ô bonitas inexhausta quodammodo de-
 certabas: (a) Verè misericordia Domini super
 omnia

(a) 2. Paralip. 5.

omnia opera ejus : Pudet, ô DEUS pudet peccâsse in tam bonū dominum; erravi, sicut ovis, quæ periit, reduc errantem, suscipe revertentem; non declinabo ampliùs à vijs tuis, mi DEUS! nusquàm ampliùs contemnam tuam Majestatem, nusquàm negligam tuam bonitatem. O DEUS, ne memineris iniquitatum mearum : sed anticipent me citò misericordiæ tuæ, inter quas absconde animam meam revertentem ad te, ô DEUS, & amor meus in æternum.

§. VIII.

Affectus Divi Augustini gravitatem peccati mortalis, ex ratione offensa, & ingratitude erga Divinam Majestatem detestantis.

EGO (a) filius ancillæ tuæ, qui me comendavi emanui tuæ, jam his meis pauperculis Confessionibus confitear tibi, liberator meus, toto corde meo, & recolam ad mentem meam omnia bona, quæ fecisti mihi à juventute mea, in omni vita mea, scio namque, quòd ingratitude multum tibi displiceat : quæ est radix totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans & urens; omne bonum obstruens, fontem divinæ misericordiæ tuæ super hominem, qua & mor-

M 3

tua

(a) D. Aug. in soliloquijs c. 18.

tua jam non moriuntur, & viva jam opera mo-
 riuntur, & ultra non adipiscuntur, & ego Do-
 mine gratias tibi agam, ne sim ingratus tibi, li-
 berator meus, quoniam liberasti me. Quoties
 ego peccavi, & ipse paratus fuit deglutire me;
 sed tu Domine Deus meus defendisti me; cum
 contra te iniquè agebam, cum tua mandata
 frangebam, stabat ipse paratus, ut me raperet ad
 infernum, sed tu prohibebas. Ego te offende-
 bam, & tu me defendebas, ego te non timebam,
 & tu me custodiebas, à te recedebam, & inimi-
 co meo me exhibebam; tu ipsum ne me acci-
 peret, deterrebas; hæc mihi tu, Domine Deus
 meus beneficia conferebas, & ego miser non
 cognoscebam. Sic enim me multoties à fauci-
 bus diaboli liberasti, de ore leonis eripuisti, &
 ab inferno, licet nescientem multis vicibus re-
 duxisti. Descendi enim usque ad portas inferni,
 & ne illuc intrarem, tu me tenuisti. Appro-
 pinquabam usque ad portas mortis, & ne me
 ipsæ caperent, tu fecisti. De morte etiam cor-
 poris sapius eruisti me, Salvator meus, cum
 graves morbi tenerent me; cum fui in pericu-
 lis mortis per mare, per terras; ab igne & gla-
 dio, & ab omni periculo liberans, semper mihi
 astans, & misericorditer salvans. Sciebas tu qui-
 dem

dem Domine, quia si tunc mors me occupâ-
 set, infernus animam meam suscepisset, & per-
 petuò damnatus fuisssem; sed tua misericordia,
 & tua gratia prævenit me, eripiens me de mor-
 te corporis, & de morte animæ, Domine Deus
 meus. Hæc & multa mihi tua alia beneficia ex-
 hibuisti, & ego eram cæcus, & non cognovi,
 donec illuminâsti me, nunc igitur lux animæ
 meæ, Domine Deus meus, vita mea, per quam
 vivo; lumen oculorum meorum, per quod
 video; en illuminâsti me, & cognosco te: quia
 vivo per te, & gratias ago tibi, licet viles, & exi-
 les, & impares beneficijs tuis, quales habet mea
 fragilitas, offero, quoniam tu es solus Deus meus,
 Creator meus benignus, qui amas nostras ani-
 mas, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. En ego
 primus inter peccatores, quos salvâsti, ut exem-
 plum alijs tribuam benignissimæ pietatis tuæ.
 Confiteor tibi beneficia tua magna, quoniã cri-
 puisti me de inferno inferiori semel, & secundo
 & tertio & centies, & millies, & ego semper, ad
 infernum tendebam, & tu me semper reduce-
 bas, & justè millies damnâsses me, si voluisses.
 Noluiti, quia amas animas, & dissimulas pecca-
 ta hominum propter pœnitentiam. Domine
 Deus meus multæ misericordiæ in omnibus vijs

tuis. Nunc ergò video hæc, Domine Deus meus,
 & cognosco per lumen tuum, & deficit anima
 mea super misericordia tua magna, quæ est super
 me, quoniam eripuisti animam meam, ex infer-
 no inferiori, & me ad vitam reduxisti. Totus e-
 nim eram in morte, totum me resuscitasti. Tu-
 um igitur sit totum id, quod vivo: & totus
 totum me tibi offero, totus spiritus, totum cor-
 pus, tota vita mea vivat tibi, vita mea
 dulcis: quoniam totum me liberasti, ut totum
 me possideres: Totum me refecisti, ut totum
 me haberes. Diligam te igitur, Domine vir-
 tus mea; diligam te ineffabilis exultatio mea:
 & vivam jam non mihi, sed tibi. Tota vita mea,
 quæ perierat in miseria mea, resuscitata est in
 misericordia tua; qui es Deus misericors, & mi-
 serator, & multæ misericordiæ in millia his, qui
 diligunt nomen tuum. Idcirco Domine Deus
 meus, sanctificator meus, jussisti in lege tua, ut
 diligam te toto corde meo, tota anima mea,
 tota mente mea, tota fortitudine mea, & totis
 viribus meis, & etiam ex intimis medullis cordis
 mei, omnibus horis & momentis, quibus fruor
 bonis misericordiæ tuæ; quoniam semper pe-
 rirem, nisi quia semper regis me; semper mo-
 rerer, nisi quia semper me vivificas; & omni
 mo-

momento me tibi obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla hora est, vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non utar: sic nullum debet esse momentum, quo te non habeam ante oculos, in mea memoria; & te non diligam ex omni fortitudine mea. Sed nec hoc valeo, nisi tu dederis mihi: cujus est omne donum bonum, & omne datum optimum, descendens à Patre luminum; apud quem non est transmutatio; nec vicissitudinis obumbratio; non enim est volentis, neque currentis, sed tui miserentis, ut diligam te. Tuum est Domine hoc donum, cujus est omne bonum, jubes te diligere; da quod jubes, & jube, quod vis.

Nam miser(a) ego, ex me, ô Deus meus! nihil possum, ergò quantum teneor diligere te, ostende mihi; quantum debeo laudare te, demonstra mihi: quantum debeo placere tibi, innotesce mihi. Intona, Domine de super voce grandi, & forti in interiorem aurem cordis mei: doce me, & salva me: & collaudabo te, qui creâsti; me cùm nihil essem, qui illuminâsti me, cùm in tenebris essem; qui resuscitâsti me, cùm mortuus essem; qui pavisti me à juventute mea omnibus bonis tuis. Hunc inutilem vermem,

M 5

fatentur

(a) D. August. in soliloq. c. 7.

fatentem peccatis, nutris omnibus optimis do-
 nistuis. Aperi mihi \hat{o} clavis David, qui aperis,
 & nemo claudit illi, cui tu aperis: claudis, & ne-
 mo aperit illi, cui tu claudis. Aperi mihi ostium
 luminis tui, ut ingrediar, & videam, & cogno-
 scam & confitear tibi in toto corde meo, quia
 misericordia tua magna est super me, & eruis-
 animam meam ex inferno inferiori, Domine
 Deus noster, quàm admirabile & laudabile est
 nomen tuum, in universa terra! ecquid est ho-
 mo, quòd memor es ejus? aut filius hominis,
 quoniam visitas eum? Domine spes Sancto-
 rum, & turris fortitudinis eorum. Deus vita
 animæ meæ, per quam vivo, sine qua morior
 Lumen oculorum meorum, per quod video, si-
 ne quo orbor. Gaudium cordis mei, & lætiti-
 spiritûs mei, diligam te toto corde meo, & toto
 animo meo, & totis medullis, & visceribus me-
 is, quia tu prior dilexisti me. Et unde hoc mihi
 \hat{o} Creator cœli & terræ, & abyssi, qui bonorum
 meorum non indiges, unde hoc mihi, quòd di-
 lexisti me? \hat{o} sapientia, quæ aperis os mutorum!
 \hat{o} verbum! per quod facta sunt omnia: aperi os
 meum, da mihi vocem laudis, ut enarrem om-
 nia beneficia tua, quæ mihi Domine, à prin-
 cipio contulisti. Ecce enim sum, quia tu creasti
 me

me: & quòd me creares, & in numero creaturarum tuarum numerares ab æterno: tu præordinâsti me antequã quicquam faceres à principio, antequam extenderes cœlos, necdum erant abyssi: adhuc terram non feceras, nec montes fundaveras, necdum fontes eruperant: antequam hæc omnia, quæ fecisti per verbum faceres, me creaturam tuam fore, certissima veritatis tuæ providentia prævidisti, & esse me creaturam tuam voluisti. Et hoc unde mihi Domine benignissime? Deus altissime? Pater misericordissime? Creator potentissime? & semper mitissime? quæ mea merita? quæ mea gratia? ut complaceret ante conspectum tuæ magnificæ majestatis, creare me? non eram & creâsti me: nihil fueram, & de nihilo me aliquid fecisti. Quale autem aliquid? non stillam aquæ, non ignem, non avem, vel piscem, non serpentem, vel aliquid ex brutis animalibus, non lapidem, vel lignum; non ex eorum genere, quæ tantum habent esse; vel ex eorum, quæ tantum esse possunt, & crescere; non ex eorum genere, quæ tantum esse, & crescere, & sentire possunt: sed super omnia hæc, voluisti me esse ex his, quæ habent esse, & crescere, quia sum & cresco: & ex his, quæ sunt, crescunt, &

sen

sentiunt: quia sum, cresco, & sentio. Et paulò minùs parem me creâsti Angelis; quia rationem te cognoscendi, cum ipsis à te communem accepi. Sed paulò minùs utique dixi. Nam tuam felicem notitiam jam habent per speciem, ego autem per spem, illi facie ad faciem, ego per speculum in ænigmate; illi plenè, ego autem ex parte. Quid ergo retribuam tibi, da tibi debitam gratitudinem ô Deus meus! & amen meus, non recedam ampliùs à te in æternum. Amen.

§. IX.

Gravitas peccati mortalis ex eo desumitur, quòd quodvis peccatum mortale causa sit Passionis, Dolorum, & Mortis Christi Domini

Ultimum, eumque luctuosissimum peccatum, tibi ô peccator! proponit Doctorum gentium his verbis: (a) Rursùm crucifigentes sibi metipsis Filium Dei, & ostentui habentes. Quasi dicat, quoties peccas, homo! toties quantum est ex te Christi dolores, passionem, & mortem renovas: qui enim est causa causæ, & causa causati, & qui ponit id, unde aliquid necessarium est consequens, ut aliunde nunquam sequatur, censetur jure optimo in illud etiam consequens

(a) Hebr. 6.

sequens consentire. Judas quidem Christum prodidit, miles vincularit, barbarus vulneravit, gentilis crucifixit: sed quòd se Filius Dei scelesto proditoris submiserit osculo, omnipotentes manus inseruerit vinculis, quod se iustitia ad iniquitatis tribunalia raptari, quod innocentia castigari, & sanctitas cum latronibus deputari passa sit: hoc nostra clamârunt flagitia, hoc ad æquitatis divinæ iudicium perorârunt peccata. Amor quidem captivavit volentem, ne crimina perderent nocentem, perire necesse fuit, vel redimi: & quia homo non redemit, nec redimere potuit: ut condigna tamen fieret redemptio, redimere debuit Deus homo: (a) Exinaniens semetipsum, formamque servi accipiens, factus obediens usque mortem, mortem autem crucis.) Hoc litrum exegit captivitas peccatorum: Vide ergò quàm gravia sint vincula, quàm enormia vulnera, pro quibus sanandis tam atrociter oportuit Dominum Jesum vulnerari. Certè gravitatem peccati, ut penitus cognoscas, non opus est cœlos conscendere, tibi que unicâ illicitâ cogitatione momentaneâ deliberatè admisâ tot angelorum myriades cœlo proscrip̄tas objicere, ob peccata cœlorum cataractas apertas, & ruptos fontes abyssi, totum-

(a) Philip. 2. quo

que genus humanum fluctibus haustum com-
 memorare, non opus est cogitare Pentapolim
 sulphure, ac pice fumantem, non opus est de-
 scendere ad inferos, ibique horrenda lustrare
 supplicia, quibus reprobi cruciantur: sed cogi-
 ta Dei Filium à Juda osculo traditum, à Judæis
 iniquè accusatum, & à gentilibus scelestissimi-
 cum latronibus deputatum: cogita JESUM tu-
 um contemptissimè propter peccata tua in cru-
 ce expirantem, cum iniquis enim deputatus est
 (a) quia peccata nostra in se suscepit, ipse enim
 livores nostros tulit lethales; ut languores ani-
 marum nostrarū ipse sanaret: hæc erat maxima
 hæc summa; nusquam se DEI Filius tam impie
 tractari permisisset, si peccati captivitas id pro
 nobis ejusdem amore non exegisset: Judas Chris-
 tum osculo tradidit, in manus inimicas, & ad
 mortem quærentium, ut victimam haberet
 quam pro se sisteret peccatrix anima nostra:
 vis scire quid JESUM tuum propriè tradidit,
 iterum, iterumque si fieri posset, traderet in
 vincula, & pœnas peccatorum: peccata tua
 id fecerunt, hæc quoties reiteras, quantum ca-
 te est, denuò JESUM tuum vendis, & tradis:
 tua mi avaritia JESUM vendidit Judæis, ut

(a) Isaia 53.

eum venderet : tua ô peccator effrænis in
 peccando libertas eum tradidit militibus, ut
 comprehenderetur, & funibus ligaretur; tua ira-
 cundia tradidit eum ministro, ut infligeret JEsu
 alapam; tua invidia tradidit Principibus sacer-
 dotum, ut eum accusarent; tua maledicentia
 tradidit eum militibus, ut exspuerent in faciem
 ejus; tua ambitio eum tradidit Herodi, ut sper-
 neret, & illuderet, indutum veste albâ; tua li-
 bido eum tradidit Pilato, ut flagellaret; tua su-
 perbia eum tradidit tortoribus, ut immanissi-
 mis eum spinis coronarent; tua denique in sce-
 leribus admittendis impudentia tradidit eum
 crucifixoribus, ut crucifigerent. Non jam o-
 pus est, ut multis interroget Pilatus, quid sta-
 tuendum, quid agi velit impia prodentiû Chri-
 stû turba de Christo; nam quid nisi dolores, quid
 nisi cruciatus & vulnera succlamant peccata
 nostra in JEsu: Quoties eum avarus modi-
 cis obolis vult venditum, quoties detractor
 maledictis suis ait: conspuam in faciem ejus.
 Quoties iracundus effræni irâ suâ eservescens in
 proximum; colaphis, dicit, eum cædam: Pseu-
 dopoliticus petit velare faciem ejus, impudicus
 spurcitijs suis flagella congregat in castissimum
 Corpus JEsu; ut à plantâ pedis usque ad verti-
 cem

cem capitis non sit in eo sanitas, superbus ple-
 ctens coronam de spinis factus, & arrogantia
 suæ, ponam, ait, super caput ejus; ambitiosus
 huic dedecoroso diademati adjungit arundi-
 nem suæ vanitatis. Ab ebrioso felle potatur,
 & aceto, denique, quid contumaces, & in pec-
 catis vestris perseverantes scelesti peccatores a-
 liud dicitis si non verbis & lingua, corde tamen
 & opere, quàm succlamatis quotidie peccatis
 vestris, crucifigatur, crucifigatur. O peccator
 sævior es tygride! caute durior! si ad hæc non
 commoveris. Quid obsecro tibi mali fecit JE-
 sus tuus, ut commiseratione JESU tui non tan-
 geris, & in eum adeo desævias, audi illum con-
 tra te amicè conquerentem, audi, ut te velut o-
 lim Saulum inclamat. Quid me tam contume-
 liosè peccando persequeris ô peccator! An
 propter charitatem nimiam, quâ dilexi te?
 propter curam, quam gessi de te? propter fa-
 vorem, quo persecutus sum te? quæ obsecro
 tanti causa sceleris tui, cur iniquissimè peccan-
 do persequeris me? me in tui causa advocatū a-
 pud Patrem, in periculis Protectorem, in ne-
 cessitate amicum, in solitudine socium, in ma-
 jore Consolatorem? me tibi sollicitudine fra-
 trem, amore Patrem, fidelitate sponsum, feli-
 citate

citate summum bonum, verbo unum & verum
 Deum tuum? An forte deest eorum aliquid,
 quæ bono tuo facere poteram? & dic quid ul-
 tra facere debui, & non feci. Recordare tem-
 poris, cum non esses, & tamen etiam tunc jam
 amor meus occupabatur circa te, nam, qui non
 eras, & ab æterno nihil fueras, capisti esse per
 me, & ex me; vix esse caperas, & mox perié-
 ras; quia in peccatis conceptus, & totus in pec-
 catis natus, hæres eras gehennæ, & filius iræ, at
 per me adoptatus in filium gratiæ, factus es &
 meæ cohæres gloriæ; & si hæc parva sunt, quæ
 feci pro te; Recordare, quomodo vix condi-
 tus, mox oblitus factoris tui fugiebas à facie
 mea vagus, & ambulabas per viam latam, quæ
 ducit ad perditionem perdens te, & alios te-
 cum: sed ut perditum quærerem, descendi de
 coelo; & ingressus desertum mundi hujus, cu-
 curri in sudore vultûs mei, ut te, qui ut ovis er-
 rabas, reducerem inter numerum ovium electa-
 rum & deducerem per vias rectas; verbo sic
 pro salute tua laboravi, quasi sine te miser fore-
 rem, & infelix, nisi tu quoque beatus esses:
 Recordare igitur (a) fili mi, quod ultra hæc
 tibi facere debui, an non (b) sicut mater amat
 N
 unicum

(a) Genes. 27. (b) Reg. 11.

unicum filium suum, ita ego te diligebam? Et
 si hæc modica sunt amoris in te argumenta:
 Recordare, quomodo dedi tibi omnia bona
 mea, & suscepi omnia mala tua propter te fa-
 ctus homo, suscepi omnia, quæ erant infirmi-
 tatis humanæ: pro te esurivi, & sitivi, jejunavi,
 & vigilavi, amore tui pertuli vincula & verbe-
 ra, alapas, & opprobria, deformatum vide pro-
 pter te sanie vultum, in quem desiderant Ange-
 li prospicere; offusos lacrymis oculos, qui coe-
 li sunt delictum; lividas percussionibus genas,
 in quibus Majestas divina elucet, vide evul-
 sos capillos, cutem laceram, carnem discissam
 apertas venas, patentia viscera, hiantia vulnera
 totum denique, corpus opertum sanguine, at-
 que in mortem ipsam acerbissimam fatiscens,
 & quid ultra facere debui pro te? respice chari-
 tatem, æstima beneficium, & redama Benefi-
 ctorem, ut quid ergo denuò peccando iniqui-
 simè persequeris me ô peccator! An fortè in-
 gens te manet lucrum, cum per peccatum te a-
 vertis à me? sed quæ ingens dementia à Creato-
 re recedere, & se ad creaturam convertere,
 fontem deserere limpidissimum & luto infe-
 ctam guttulã sectari, solem clarum negligere,
 & lucem per minimas rimulas venari; O mi-
 sera aversio! miserabilior conversio, miserima
 ani-

animæ sic se avertentis, & convertentis conditio! peccatum est aversio, & conversio, sed quæ illa? à Deo ad creaturâ, id est, à potentia ad fragilitatem, à fortitudine ad infirmitatem, à scientia ad ignorantiam, à sapientia ad stultitiam, à gloria ad ignominiam, à Majestate ad vilitatem, à bonitate ad malitiam, à justitia ad iniquitatem, à misericordia ad miseriam, ab opulentia ad egestatem, à plenitudine ad inanitatem, à toto ad nihilum, à summo bono ad sumum malum. O tua infelix peccator! cæcitas! vide, quid agas, vide, quid amittas, vide, quid eligas: deinde quæ hæc ipsa in DEum impietas! quæ execranda indignitas! quæ nunquam satis punienda iniquitas. Quis non stupeat homuncionem vilissimum, qui ex limo quo ad corpus formatus, ex nihilo quo ad animam creatus, ex se nihil est, nihil boni, vel gratiæ ex se habet; nihil potest, nihil scit, nihil vult boni facere, vel etiam facit absque peculiari DEI gratia, & subsidio exceptâ solâ peccati malitiâ, cujus ipse autor est; & hic ausit præponere contumeliosissimè momentaneam aliquam, eamque brutam, & stercoraceam voluptatulam, aut temporale lucellum, aut inanem spem, aut propriæ voluntatis libidinem, aut futilem gloriolæ vanæ umbram Deo summo, inæstimabili,

li, & infinito bono; DEo, cui se totum debet, à cuius nutu pendet, cuius opus manuum, & factura est: eumque ob quodcunque horum offendere; ac illius, amicitiam & gratiam futili tali lucro posthabere. Ah erige hic aures, erige, quisquis vel scintillam rationis foves in animo, & si te non tangit amor tui JESU, si non commiseratio vulnerum Salvatoris, quæ peccando renovas, & sanguinem divinum pro te profusum conculcas, si, inquam, hæc te non moveant cor lapideum, saltem animæ tuæ miserere, tibi que parce, & hanc tuam ô peccator vanam nundinationem, hanc vesanam commutationem melius perpende; ô quam brevi veniet tempus, ubi dolus patebit, & te deceptum miserè lugebis, quò clamabis, cum conclamatum erit de vita tua. ah munde, cum tibi hæcenus fideliter adeo serviverim, succurre. (a) angustia sunt mihi undique; at reclamante infelix audies desperatum illud Judæ: quid ad nos, tu videris, nunc te amplius non agnoscerimus de numero nostrorum, derelictus es, abiquò voles, tu videris; convertes te ad socios: ô socij quondam scelerum meorum administradores; quia ecce (b) circumdederunt me do-

(a) Daniel. 13. (b) Psal. 15.

lores mortis, dolores inferni circumdederunt me. Sed et idem audies, derelictus es, tu videris: Ad carnem confugies, quam varijs fovisti illecebris, cui fovendæ omnem conatum, omnem operam impendisti: sed ab eadem audies, nunc hora est novissima, non novi te, tu videris; ecce vitulos aureos, quos nunc adoras, ecce idola, quæ nunc colis; à quibus, dum jacebis in lectulo illo mortuali, in hora novissima, dum præ angustia cordis totum corpus, & singula corporis membra lethali sudore diffluent, dum frangentur ossa, vox deficiet, palpitabit cor, non aliud expectaturus es solatium, non alia audieturus es verba, quam sudet, angatur, moriatur, quid ad nos, ipse viderit: Vide, jam inquam; vide quid agas, quàm pro DEo tuo tibi ad mortem usque fidei, eoque omnipotenti amico, summo, & vero bono commutationem facias: vide, nì tardè nimis, te æternùm deceptum plangere velis; teque ampliùs reum reddere, quo majora Redemptoris beneficia te obstringunt: ô quàm longè aliud in hora illa novissima formabis iudicium, quàm te beatum censebis, si tunc, quando in ictu oculi claudentur omnia, si inquam; tunc te poteris hisce superemis verbis solari. O Christe! quem sem-

N 3

per,

per, dum vixi, dilexi, ex toto corde meo, ex
 tota anima mea, ex totis viribus meis: tu qui-
 dem omnibus, sed in particulari mihi ad cor
 dixisti: (a) Si vis perfectus esse, vade, vende
 omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni
 sequere me. Audivi vocem tuam; feci, veni-
 didi, veni, secutus sum te. Tuum fuit promi-
 sum: (b) Omnis, qui reliquerit domum, vel
 fratres, vel sorores, aut Patrem, aut Matrem,
 aut uxorem, aut agros propter nomen meum
 centuplum accipiet, & vitam æternam possi-
 debit; propter te reliqui omnia, qui unus eras
 mihi instar omnium, tuum erat & illud mihi Je-
 su! non quidem quod me cogebat præce-
 ptum, sed quod alliciebat consilium: (c) Si quis
 vult venire post me, abneget semetipsum, &
 tollat crucem suam, & sequatur me: Audivi
 consulentem, amplexus sum consilium, tuli
 crucem meam, veni post vocantem te: verbo
 (d) cursum consummavi, fidem servavi, feci
 quod præcepisti, tu redde, quod promisisti. O
 quam, inquam, te tunc felicem hæc inter repu-
 tares: nunc ergo age, & fac ea, quæ moriens
 facta fuisse voles. Statue ergo, dixi, nunc capi,
 (e) hæc mutatio dexteræ excelsi: Valet
 ergo

(a) Matth. 19. (b) Ibidem (c) Matth. 16. (d) 2. Timotheo
 4. (e) Psal. 16.

ergo quibus hactenus servivi non Domini, sed Tyranni, non Patres, sed carnifices; valeto munde, socij mali, caro, voluptas; valete divitiæ, honores, superbia, & cætera scelerum turba valete. Tibi me posthac in servum offero, & fidelem me fore in serviendo spondeo Crucifixæ JESU, nusquam amplius peccatis meis te crucifigam, nusquam sceleribus ingratiſſimè sanguinem pro me profusum divinissimum conculcabo, sed eum me geram tuo in servitio, ut aliquando audiam: (a) Euge serve bone, & fidelis; quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. In tua vinea operabor, qui operantibus es (b) merces magna nimis. Tibi me, & omnia dedico, ad quem; si in tribulatione clamavero, audiam, quod per Prophetam promissisti: (c) Clamabis, & dicet, ecce adsum: te in necessitate invocabo, quia (d) in quocunq; die invocavero te, ecce cognovi, quoniam Deus meus es: Tibi offero omnes meas lacrymas, (e) qui absterges omnem lacrymam ab oculis tuorum; denique ante pedes tuos me prosterno cum Magdalena poenitente, & deprecor tibi, quod unquam offenderim te, quod

N 4 tuo-

(a) Matth. 25. (b) Genes. 15. (c) Isaiæ, 8. (d) Psal. 55. (e) Apoc. 21.

tuorum dolorum causa fuerim peccatis meis;
& scio, (a) quod misericordiae tuae non sit nu-
merus, & bonitatis sit infinitus thesaurus, con-
fido igitur quod cum eadē poenitente Magda-
lena audiet peatrix haecenus, sed nunc toto
corde poenitens anima mea dulcissima verba Je-
su sui: (b) Remittuntur tibi peccata tua.

§. Ultimus.

*Affectus D. Augustini gravitatem peccati
ex Christi Passione, & Morte
ponderantis.*

Aspice pie Pater piissimum Filium, (c) pro
me tam impia passum. Respice clementi-
ssime Rex, quis patitur, & reminiscere be-
nignus, pro quo patitur. Nonne hic est, mi
Domine, innocens ille, quem, ut servum redi-
meres, Filium tradidisti? Nunquid non auctor
vitae hic est, qui, ut ovis ad occisionem ductus,
tibi que usque ad mortem obediens factus, a-
trocissimae non timuit necis genus subire? Re-
cole totius salutis dispensator, quia hic est ipse,
quem etsi ex tua virtute genuisti, meae tamen
infirmi-
tatis participem fieri voluisti. Verè haec
est

(a) Psal. 142. (b) Luc. 7. (c) Medit. c. 6.

est Deitas, quæ meam induit naturam, crucis
ascendit patibulum, quæ in assumpta carne tri-
ste tulit supplicium. Reduc Domine Deus
meus, oculos tuæ Majestatis super opus ineffa-
bilis pietatis. Intuere dulcem Natum, toto
corpore extensum. Cerne manus innoxias pio
manantes sanguine: & remitte placatus scele-
ra, quæ patrârunt manus meæ. Considera in-
erme latus crudeli profossum cuspide, & re-
nova me sacro fonte, quem inde credo fluxisse.

Vide immaculata vestigia, quæ non stete-
runt in via peccatorum, sed semper ambulave-
runt in lege tua diris confixa clavis: & perfice
gressus meos in semitis tuis, & fac me odio ha-
bere benignus omnes vias iniquitatis. Viam
iniquitatis amove à me, & fac me propitius
viam veram veritatis eligere. Oro te Rex San-
ctorum, per hunc Sanctum Sanctorum, per
hunc Redemptorem mei: fac me currere vi-
am mandatorum tuorum, ut ei valeam spiritu
uniri, qui mea non horruit carne vestiri. Nun-
quid non attendis pie Pater, adolescentis Filij
charissimi caput, niveâ cervicè deflexâ precio-
sissimû, resolutum in mortem? aspice mitissime
Conditor, dilectæ sobolis humanitatem, & mi-
serere super infirmi plasmatæ debilitatem.

N s

Can

Candet nudum pectus, rubet cruentum la-
tus, tensa arent viscera, decora lanquent lumi-
na, regia pallent ora, procera rigent brachia,
crura pendent marmorea, rigat terebratos pe-
des beati sanguinis unda. Specta gloriose Ge-
nitor! gratiosissimæ prolis lacerata membra; &
memorare benignus, quæ mea est substantia.
Conspicere Dei hominis poenam, & relaxa
conditi hominis miseriam. Vide Redempto-
ris supplicium, & redempti dimitte delictum.
Hic est, Domine mi, quem propter peccata
populi tui percussisti, licet ipse sit dilectus, in
quo tibi benè placuisti. Hic est ille innocens,
in quo dolus non est inventus, & tamen inter
iniquos deputatus est.

(a) Quid commisisti, dulcissime puer, ut sic ju-
dicareris? quid commisisti, amantissime juve-
nis, ut adeò durè tractareris? quod scelus tu-
um, quæ noxa tua, quæ causa mortis, quæ oc-
casio tuæ damnationis? Ego, ego sum tui plaga
doloris, tuæ culpa occisionis. Ego tuæ mortis
meritum, tuæ vindictæ flagitium: Ego tuæ
passionis livor, tui cruciatus labor. O admira-
bilis censuræ conditio, & ineffabilis mysterij
dispositio! peccat iniquus, & punitur justus.
Delinquit reus, & vapulat innocens. Offendit
im-

(a) Cap. 7. meditat.

impius, & damnatur pius. Quod meretur malus, patitur bonus, quod perpetrat servus, exsolvit Dominus; quod committit homo, sustinet Deus. Quò nate Dei, quò tua descendit humilitas? quò tua flagravit charitas? quò processit pietas? quò excrevit benignitas? quò tuus attigit amor? quò pervenit compassio?

(a) Ego enim iniquè egi, tu poena mulctaris. Ego facinus admisi, tu ultione plecteris. Ego crimen edidi, tu torturæ subjiceris. Ego superbivi, tu humiliaris. Ego tumui, tu attenuaris. Ego inobediens; tu scelus inobedientiæ luis. Ego gulæ parui, tu inediâ afficeris. Me ad illicitâ concupiscentiam rapuit arbor, te perfecta charitas duxit ad crucem. Ego præsumpsi vetitum, tu subijisti equuleum. Ego delector cibo, tu laboras patibulo. Ego fruor delicijs, tu laniaris clavis. Ego pomi dulcedinem, tu fellis gustas amaritudinem. Mihi ridens congaudet Eva, tibi plorans compatitur Maria. Ecce Rex gloriæ, ecce mea impietas, & tua claret pietas. En mea injustitia, & tua liquet justitia.

(b) Oro te per antiquas misericordias tuas, infunde vulneribus meis, quò rejecta vipereæ contagionis bile reintegret me incolumitati
pristi-

(a) Cap. 7. Meditat. (b) Cap. 7. Meditat.

pristinæ; quò gustato tuæ nectare suavitatis, faciat me illecebrosa mundi toto affectu despiciere, & nulla ejus adversa pro te formidare; memorque perpetuæ nobilitatis semper fastidiam ventos hujus transitorij timoris.

(a) Ecce omnipotens DEUS Pater Dominus, dispone benignus, quò miserearis mei, quoniam quidquid pretiosius inveni, devotè obtuli? quidquid charius reperi, suppliciter præsentavi. Nihil mihi reliqui, quin tuæ exposuerim Majestati, nihil jam superest, quod adjiciam: quia totam tibi delegavi spem meam. Direxi tibi advocatum meum, dilectum filium tuum. Misi gloriosam progeniam, inter me & te mediatorem: Misi, inquam, intercessorem, per quem confido veniam. Misi verbis verbum, quod pro meis dixi missum factis, & numeravi tibi sanctissimæ sobolis passionem, quam pro me credo fuisse perpessam. Credo à te missam Deitatem, meam suscepisse humanitatem; in qua dignum duxit alapas, vincula, sputa, irrisiones perferre, nec non crucem, clavos, telumque suscipere. Hanc olim infantiaë vagitibus demolitam, pueritiæ panis constrictam, juventutis sudoribus vexatam, jejunijs mace-

(a) Cap. 8. meditationum,

maceratam, vestigijs afflictam, itineribus fessam; postea affectam flagris, laceratam supplicijs, deputatam cum mortuis, dotatam gloria resurrectionis, coelorum gaudio induxit, & in dexteram tuæ celsitudinis collocavit. Hæc placatio tua.

Hic attende pius, quem genueris filium, & quem redemeris servum? Hic aspice Factorem, & ne despicias facturam. Amplectere serenus Pastorem, & respice misericors allatam proprijs humeris ovem. Hic est fidelissimus Pastor ille, qui ovem dudum errabundam per abrupta montium, per præcipitia vallium, multis varijsque quæsierat laboribus. Quique jam morienti, jam per longa exilia deficiente, tandem inventæ gaudens se supposuit, & miro sibi annisu charitatis annexam, de profunda confusionis abyffo levavit, pijsque astrictam complexibus, ad nonaginta novem, unam quæ perierat, reportavit.

(a) Ecce Domine mi Rex, DEUS omnipotens, ecce Pastor bonus, refert tibi, quod commisisti ei. Suscepit te disponente ad salvandum hominem, quem tibi restituit omni la-be immunem. Ecce tuum tibi clarissimus natus

(a) Cap. 8. med.

tus plasma reconciliavit, quòd à te procul devia-
vit. En, gregi tuo Pastor mitis reportat,
quod prædo violentus abegerat. Reddit tuis
conspectibus servum, quem sua fecerat consci-
entia fugitivum ; ut qui per se meruit pœnam,
per satisfactionem hujus mereatur veniam,
cuique pro culpis supererat gehenna, tanto du-
ce jam confidat revocari ad patriam. Potui per
me te sancte Pater offendere sed non valui per
me placare te. Factus est Adjutor meus, DE-
us meus, tuus dilectus Filius, meam participans
humanitatem, ut curaret infirmitatem ; qua-
tenus, unde causa emerferat offensionis ; dein-
de tibi imolaret sacrificium laudis ; meque per
hoc redderet tuæ pietati placabilem, quo se-
dens ad dexteram tuam, semper meæ substan-
tiæ se ostenderet esse consortem. Ecce spes
mea, ecce fiducia mea.

Si me pro mea, ut dignum est, despicias ini-
quitate, respice me saltem misericors pro dile-
ctæ sobolis charitate. Attende in filio ; quo
propitieris servo ! Vide carnis Sacramentum,
& remitte carnis reatum. Quoties beatæ pro-
lis tibi patent vulnera, delitescant (obsecro)
scelera mea. Quoties rubet pretiosus pio de la-
tere sanguis, diluantur (obsecro) labes meæ
pollutionis. Et quia caro te laceffivit ad iram,

caro

caro te flectat (imploro) ad misericordiam; ut sicut me caro seduxit ad culpam, si caro deducat ad veniam. Multum namque est quod mea meretur impietas; longè aut majus, quod Redemptoris mei reposcit jure pietas. Magna enim est mea injustitia, satis vero major redemptoris justitia. Quantò namque est superior Deus homine, tantò mea malitia est inferior ejus bonitate, & qualitate, & quantitate.

Quid enim deliquit homo, quod non redemerit Filius Dei factus homo? quæ tanta superbia tumeret, quam non tanta humilitas sterneret? Quodnam tantum mortis imperium, quod nati DEi non destrueret crucis supplicium? Nimirum Deus meus, si æquâ lance delicta peccantis hominis, & redimentis gratia librentur autoris: non tantum oriens ab occidente, seu inferior separatur infernus à summo coeli cardine. Jam lucis optime Creator, jam culpis ignosce meis pro dilecti filij tui laboribus immensis. Jam ejus (quæso) pietati mea impietas, ejus modestiæ mea perversitas, & ejus mansuetudini mea dometur ferocitas; jam ejus humilitas, meam superbiam, patientia, impatientiam, benignitas, duritiam; obedientia, inobedientiam; tranquillitas, inquietudinem; dulcedo, amaritudinem; suavitas, iram, charitas, lucrifaciat crudelitatem.

A.

- A**dhortatio ad peccatorem. fol. 188. 126.
Atem ut à somno peccatorum surgat. fol. 148.
 Item ne peccata sequatur. fol. 158.
 Item ob venturam æternitatem. fol. 156.
 Affectus detestantis peccata. fol. 128. ex Augustino.
 Affectus peccatoris se convertentis. fol. 170.
 Affectus gratias agentis peccatoris quod DEUS eum ab interitu æterno præservaverit. fol. 171.
 Affectus valedicentis mundo, & se ad DEUM convertentis peccatoris. fol. 191.
 Affectus ad Patrem Crucifixi JESU pro remissione peccatorum. fol. 192. ex Aug.
 Ad eundem offerendo illi Filium Crucifixum. fol. 196. ex Aug.
 Affectus ad Christum Crucifixum. fol. 194. ex Aug.
 Affectus memorantis DEI beneficia. fol. 179. ex Aug.
 Affectus in agone plorantis dies vanis traditos. fol. 150.
 Affectus in agone plorantis mortem instantem, & corpus peccaminosum execrantis. fol. 156.
 Amaritudo, quam peccatum infert. fol. 132.
 Animæ colloquium post acceptam sententiam mortis æternæ. fol. 155.
 Angelum detraxit peccatum. fol. 119.
 Annihilatio sui. fol. 162. ex Aug. fol. 177. ex Aug.
 Apostrophe affectuosa Christi ad peccatorem. fol. 184.
 Augustinus detestatur peccata. fol. 177. ex Aug.
 Augustinus detestatur peccati vilitatem, brevitatem, amaritudinem. fol. 142. ex Aug.
 Augustinus novissima peccatorum detestatur. fol. 159. ex Aug.
 Augustinus peccata deslet tanquam causam Passionis Dominicæ. fol. 192. ex Aug.
 Augustinus peccata deslet ex ratione offensæ. fol. 173. Ex Augustino.
 Avocans à mundi amore. fol. 117.
 Auxilium DEI invocans. fol. 164. ex Aug.

B.

B.

- Beneficia DEI quanta sint. fol. 179.
Bestias efficit homines peccatum. fol. 134.
Brevitas ostendit gravitatem peccati mortalis. fol. 131.
Brevitatem peccati detestatur Augustinus. fol. 142.
Ex Aug.

C.

- Christum peccata, non Judæi crucifixerunt. fol. 181, 182.
Christum peccatores de novo crucifigunt. fol. 183.
Christus delevit omnia peccata per Passionem. fol. 197.
ex. Aug. fol. 199. ex Aug.
Christi apostrophe ad peccatores affectuosa. fol. 184.
Christo navigante cur motus factus. fol. 124.
Colloquium animæ post acceptam sententiam mortis æternæ. fol. 155.
Consideratio vilitatis propriæ. fol. 167.
Convertens se peccator. fol. 170.

D.

- DEI Majestas per peccatū offensa ostendit gravitatem peccati. fol. 168.
Dei misericordiā ad poenitentiam excitatur peccator. fol. 126.
Dei misericordia liberat peccatores. fol. 174. ex Aug.
Detestatio peccatorum. fol. 142. ex Aug. fol. 128. ex Aug.
Dies vanis traditos plorat peccator. fol. 150.
Divini auxilij invocatio. fol. 164. ex Aug.
Draconum cubile est peccator. fol. 138.

F.

- Fallaciarum mundi contemptus. fol. 147. ex Aug.
Fletus jam jam morientis peccatoris ob venturam æternitatem. fol. 156.
Fletus Augustini ob peccata ex ratione offensæ fol. 173.
Ejusdem, ob eadē, quia causa fuere Passionis Christi. fol. 192.
Forma mundana. fol. 149.
Formam mors auferret. fol. 149.
Futura mors gravitatem peccati ostendit. fol. 148.

O.

G.

G.

Gravitas peccati, & pondus. fol. 118. & 119.
 Eiusdem gravitas ex brevitare. fol. 131.
 Eiusdem ob personam offensam. fol. 164.
 Eiusdem quia Christum crucifigit. fol. 180.

H.

Homines peccatum bestias facit. fol. 134.
 Hortans ad pœnitentiam ob DEI misericordiam. fol. 126.
 Hortans, ut à peccatorum somno surgat peccator. fol. 148.
 Hortans peccata ne sequamur. fol. 188. & fol. 158.

I.

Illuminari petens. fol. 144. ex Aug.
 Implorans misericordiam. fol. 129. ex Aug.
 Invocans Dei Auxilium. fol. 164. ex Aug.
 Jonas naufragus in mari peccati symbolum. fol. 122.
 Non Judæi sed peccata Christum crucifigunt. fol. 181. & 182.

L.

Liberari petens à peccato. fol. 146. ex Aug.
 à fallacijs mundi. fol. 147. ex Aug.

M.

Majestas Dei per peccatum offensa ostendit gravitatem peccati. fol. 168.
 Mancipia peccatum efficit. fol. 139.
 Mancipatus peccatorum gravis, quia animam vinculat. fol. 140.
 Misericordiam Dei invocans. fol. 129. ex Aug.
 Misericordiam Dei liberat peccatores. fol. 174. ex Aug.
 Misericordiam Dei invocans. fol. 129. ex Aug.
 Morientis jam jam peccatoris fletus. fol. 156.
 Mors auferret formam. 149.
 à Mundi amore avocans. fol. 117.
 Mundo valedicens se convertit ad Deum. fol. 191.
 Mundana forma. fol. 149.

N.

Navigante Christo cur motus factus. fol. 124.

O.

O.

Orans veniam peccatorum. fol. 143. ex Aug. 160. ex Aug.
Offerens peccator Filium æterno Patri pro remissione pec-
catorum. fol. 196, ex Aug.

P.

Peccati gravitas , & pondus. fol. 118. & 123.
 Eiusdem Gravitas ex brevitate. fol. 131.
 Eiusdem ob mortem instantem. fol. 148.
 Eiusdem ob personam offensam. fol. 164.
 Eiusdem , quia Christum crucifigit. fol. 180.
 Ad peccatorem, ut surgat à peccatis, adhortatio. fol. 148.
 ad eundem, ut pœnitentiam agat. fol. 126.
 ad eundem, ne peccata sequatur. fol. 158.
 ad eundem. fol. 188.
 Ad Peccatores Christi apostrophe. fol. 184.
 Peccatum terra averfatur. fol. 121.
 Peccati amaritudo. fol. 132.
 Peccati vilitas. fol. 133.
 Peccatum bestias facit homines. fol. 134.
 Peccatum mancipia efficit. fol. 139.
 Peccatorum gravis mancipatus. fol. 140.
 Per Peccatum Majestatem DEi offendimus. fol. 168.
 Peccata Christum crucifixerunt. fol. 181. & 182.
 Peccatum detraxit Angelum. fol. 119.
 Peccata detestans anima. fol. 128. ex Aug.
 Item. 142. ex Aug.
 Item peccatorum novissima detestans. fol. 159. ex Aug.
 Peccatores Christum crucifigunt. fol. 183.
 Peccator valedicens mundo se ad Deum convertit. fol.
 191. Item. 170.
 Peccatoris jam morientis fletus. fol. 156.
 Peccator Deo gratias agens ob custodiam mortis æternæ.
 fol. 172. 175. ex Aug.
 Peccator peccata deflens ex ratione offensæ. fol. 173.
 Peccator à peccatis petens liberari. fol. 146. ex Aug.
 Peccator veniam orans. fol. 143. ex Aug.
 Item.

Item.	fol 160. ex Aug.
Item.	fol. 193. & fol. 195. ex Aug.
Peccatorum plorans miseriam	fol. 137.
Peccator plorans dies vanis traditos.	fol. 150.
Plorans mortem instantem, & execrans corpus peccaminosum.	fol. 151.
Peccatores liberat Dei misericordia	fol. 174. ex Aug.
Peccata delevit omnia Passio Christi.	fol. 197. ex Aug.
Item.	fol. 199. ex Aug.
R.	
Pro remissione peccatorum affectus ad Patrem æternum.	fol. 192. ex Aug.
ad eundem offerendo illi Filium suum.	fol. 196. ex Aug.
S.	
Servitus gravis peccatorum, quia animam vinculat.	fol. 140.
T.	
Terra peccata averfatur.	fol. 121.
Turpitude peccati.	fol. 133.
V.	
Valedicens mundo peccator, se ad DEUM convertit.	fol. 191.
Veniam peccatorum orans.	fol. 143. ex Aug.
Item.	fol 160. ex Aug.
Vilitas peccati.	fol. 133.
Vilitatis propriæ consideratio.	fol. 167.

FINIS.




Aug.
Aug.
137.
150.
hino-
151.
Aug.
Aug.
Aug.


num,
Aug.
xAug.


140.


l. 121.
l. 133.


ertit.
l. 191.
l. 143.
Aug.
Cx Aug.
l. 133.
l. 167.























Th

5856



L. III

47